



Responsio ad qvaestionvm et responsionvm Danielis Hofmanni in grauißima de Cœna Domini controuersia partem primam.

<https://hdl.handle.net/1874/416755>

2
RESPONSIO
AD QVAESTIONVM
ET RESPONSIONVM
DANIELIS HOFMANNI
*in grauiſſima de Cœna
Domini controuer-
ſia partem pri-
mam.*


AUTHORE THEODORO BEZA.



GENEVÆ,
APVD EVSTATHIVM VIGNON
M. D. LXXXIII.

Литовскай
Гау муніципалітет
Гау муніципалітет
Гау муніципалітет
Гау муніципалітет

Гау муніципалітет



Гау муніципалітет
Гау муніципалітет
Гау муніципалітет



RESPONSIO

*AD QVÆSTIONVM ET
Responsionum Danielis Hoffmanni in
grauissima de Cœna Domini
controversia partem
primam,*

Auctore Theodoro Beza.

ALiquot anni præterierunt ex quo alteram Questionum & Responsionum Christianarum partem edidi, in qua doctrinam Sacramentariam maximis iampridem controversiis obscuratam, studii qua brevitate simul ac perspicuitate potui, illustrare. Et quum animaduerterem dum alij in alios scribunt, rem eò deuenisse ut iniurijs potius quam rationibus certatum plerunque videatur, placuit de hoc argumento sic differere sententias, vt sese meo scripto nullus offendum meritò quereretur. Imò etiam veritus ut ne sic quidem nonnullis quamuis rixandi occasionem studiosè captantibus satisficeret, in ipsa libelli fronte hoc veluti ~~œ~~quæ duxi adscribendum. Ne quis eorum qua hic scribuntur lectione offendatur, testatur Beza sese de iis christianè cum quibusuis paratum conferre, & certiora ex Dei verbo docentibus

cedere. Contrariorum verò argumentorum refutationem pollicitus, multis tamen de causis adhuc mihi differēdam putauī. Videbam enim nihil hīc à me afferri posse de quo non sit à maximis viris vīrinque copiosissimè disputatum: edito præsertim libro qui orthodoxi consensus nomine prodiit, de cuius authore, quicunque tandem ille sit, sic ego quidem statuo, ut (quod de Cæsarīs Commentariis Cicerō iudicauit) saniores homines possit videri à scribendo deteruisse, si eadem nostra esset quæ historicorum conditio. Et quū ad hæc etiā accesserint aliorum doctissimæ disputationes, quorsum ego meis opus esse existimasse, quæ vltro sanè fateor riuos esse tenues & exiles, ex copiosissimis illis fontibus deductos? Denique licet hortantibus imò obtestantibus plurimis à quibus eruditæ me potius oportuit, ut promissum exolucrem: statui tamē expectare ecquis tandem ex iis quibus recte sentire idem esse videtur atque à nostrarū Ecclesiārum doctrina dissentire, scriptum ali- quod nostro illi opponeret, in quo vel eadem, vel diuersa, si placuisset, methodo, sic nostra vel omnia vel pauca refelleret (quod adhuc à plerisque neglectum fuit) ut postea quam quibus de rebus inter nos conueniret, & de quibus adhuc dissentiremus constitisset, argumentis inter se, citra ullam huius vel illius mentionem, collatis, tandem aliquandò ~~avertimus~~ illa, cuius in meo programmate mentionem feceram, sincera, pia, Christiana institueretur: cui sic benedicret Dominus ut iis solet qui non sua semel defendendi, sed veritatem serio inquirēdi & inuentā amplecten-

di

di studio ducuntur. Neque id verò nobis turpe est dicere, quasi sit nefas in causa Religionis eos ambigere, qui cæteros iter veritatis minimè falso docere se profiteantur, vel quasi capitale sit crimen in vlo Christianæ religionis capite hæsitare. Etenim si nullus est idoneus in Ecclesia Christiana Pastor, nisi qui ad quæsita quæuis verissimè statim & aptissimè possit respondere: nec vllus dignus Christiani appellatione nisi cui de singulis ad Christianam religionem pertinenteribus certissimè constet, vbi tandem Christianismi perfectissimam illam ideam inuenemus? Non cuiusvis est profecto etiam in eorum numero qui alioqui veritatis spiritu donati sunt, statim animaduertere quid ex quo consequatur. Accedit ad hanc iudicij imbecillitatem vitium illud peruicaciæ quod non ita facilè nec vno momento excuti potest, præsertim quū magnis auctoribus nitimus. Huius vtriusq; nequiusq; exemplū præbuerunt illæ quoque celeberrimæ Ecclesiæ Apostolicæ, Hierosolymitana & Corinthiaca: quarum illa quam sese difficilem in Mosaicis ritibus abiiciendis præstiterit, ista verò quantis erroribus diu laborarit, Apostolica scripta demonstrant. Imò Petrum à cæteros etiam Apostolos confirmari oportuit, Christianæ libertatis beneficium non statim habuisse perspectū, hæc illius verba ostendunt: Act. 10.14. Nequaquam Domine: Nunquam enim edi quicquam commune siue impurū. Neque propterea existimandum est fidem Christianam esse academicam ἀκαδημίαν, aut implicitū & inuolutum quidpiam quale Scholastici Theor-

logi somniant. Sunt enim ea Christianæ fidic
capita, quæ si quis pertinaciter inficietur haberi
pro Christiano non possit, ab iis distinguenda
quæ sunt illis superstructa: sed tamen eiusmodi
ut in eorum cognitione necessariò sita non sit
hominis Christiani salus. Deinde in illis quoque
rectè percipiendis quæ præcipua sunt, tempore
opus est, prout in vnis quam in alteris maior est
Spiritus sancti *in pietate*. An vero Paulum arbitra-
bimur suis illis diuinissimis disputationibus, vel
solos extraneos ad Christum adducere, vel vnos
pseudapostolos refutare, vel *hæc* duntaxat do-
cere, ac non etiam ipsos Ecclesiarum Pastores ac
Doctores erudire voluisse? an frustrà ipse mem-
branas suas poscit, & Timotheum tam studiosè
monet, ut lectioni attendat? Et quorsum, obse-
cro, tam procul exempla petimus? prima illa D.
Lutheri scripta cum posterioribus quisquis cō-
pararit, facile animaduertet quam ille paulatim
sit in veritatis cognitione progressus. Quid si ve-
rò in extremo etiam sui curriculi spatio illū ex-
tra metas in nonnullis abreptum, id est, hominē
tunc quoque fuisse dicamus? an propterea maxi-
ma in illum collata Dei dona non agnoscimus,
quod ipsum non constituamus *abruptum*? Immò
an non ipse disertis verbis agnouit, sese istis cō-
tentionibus abreptum, saepè peccasse tribuendo
personæ quæ sunt naturæ, & contra? quod si e-
mendasset, iam pridem pacatas Ecclesias habere-
mus. Nota etiam est illa hominis doctissimi &
sapienstissimi D. Philippi vox, *dei reges propriae*.
De nostris nihil commemorabo ne videar *negotiis*.
Tantùm dico multum falli qui nos il-
lorum

iorum maximorum virorum, sed tamē hominū,
 aliquando discipulos, ac postea collegas, ac tandem
 successores, putant in cōiūspīā seu viuī seu mor-
 tui verba iurasse: quod nec illi viuī tulissent vñ-
 quam, neque nos vñquam ipsis concessimus,
 quamvis doctrinam per ipsos traditā & initio
 sumus vt verbo Dci consentaneā amplexi, & nūc
 quoque, quia nobis analogiæ fidei propheticæ
 & apostolicæ ad amissim respondere videtur,
 studiosè retineamus. Edidi, superstite adhuc il-
 lo, vt crepet inuidia, optimo viro, & eruditissi-
 mo Theologo, D. Caluinō meas in Nouū Te-
 stamentum commentationes, in quibus, non
 paucis locis ita me in contextus versione & ex-
 plicatione à se dissentientem patienter tulit, vt
 Iphius etiam hortatu, opus illud, qualemcunque
 est, ediderim. Quorsum igitur ista Zuinglianō-
 rum & Calvinianorum appellatio, non à com-
 munibus aduersariis, sed à factiosis quibusdam
 excitata? Quid, quòd repertus est qui sese Luthe-
 ranū aperte scribat? magno id quidem cum Ec-
 clesiæ Christianæ dedecore. En quousque non-
 nullos iam abripuit iste concertationis feruor,
 Absit autem à me vt illa commemorando seu
 vetera seu recentia vulnera mutua, tum ipsis
 personis quarum & pietatem & doctrinam ad-
 mirari potius & suspicere oportuit, tum ipsis
 Ecclesiis integris summo cum aduersariorum
 Dei omnium gaudio inficta, oleum camino
 suffundam: quanuis si meam causam priuatam
 agerem, iustissimas ipse mihi videat expostu-
 lationis causas habere. Etenim vt cætera præ-
 teream, quorsum obsecro, veteres omnes illos

patres oportuit in centones & frustula miseri-
 mè & crudelissimè disserpi, ut Bezæ, & quidem
 præscripto inanissimo & vanissimo Caluiniani
 candoris titulo, malediceretur? Hoc est scili-
 get veritatis causam agere. Itaque quod ad hunc
 rapsodum attinet, peccasse me agnoscens in eo
 quod illi respondens, non essem sapienti Salo-
 moni obsecutus, silendo postea sum eiusdē con-
 filium amplexus. At quid obstat quominus tan-
 dem damnis saltem nostris sapere cōdiscamus?
 Cur non tandem aliquando Apostolum audi-
 mus? perpetuam Ecclesiæ orthodoxæ consuetu-
 dinem sequimur? illud ipsum denique remediū
 non usurpamus quod tot iam annis ab aduersa-
 riis nō modò ut opportunissimum, sed etiam ut
 planè necessarium fl̄gitamus: & quoniam impe-
 trare non potuimus, idcirco Deum & homines
 testamur per nos minimè stetisse, quominus ista
 de religione dissidia semel deciderentur? Debe-
 mus, inquit Apostolus, nos qui firmi sumus, imbe-
 cillitatem infirmorum tolerare, neque nobis ipsis indul-
 gere. Vtra sit pars infirma nolim disceptari: quā-
 uis nos quidem, Dei beneficio, constet nullis in-
 ter nos dissidiis laborare, nec yllo concordia lib-
 bro supra suas penitūs consentientes confessio-
 nes, Heluetios, Rhetos, Gallos, Anglos, Scotos,
 indigere. Demus penes vos esse illud fidei robur,
 hoccine est quod agitis, nos infirmos ~~rem~~ ^{ad ipsos}
 quos vocatis tolerare? Idem Apostolus, Quot-
 quot, inquit, adoleamus, idem sentiamus: quod si
 quid aliter sentitis, hoc quoque nobis Deus reget.
 At in eo ad quod peruenimus, eadē incedamus regula
 & itidem simus affecti. O si consiliū istud sanctissi-
 um

num inter nos obtinuisse locum, quæ nunc fo-
ret Ecclesiarum Christianarum facies? ubi nunc
latebras inueniret Antichristus ille, nulla re ma-
gis quam istis inter nos rixis ad illam initio qui-
dem evitandam, nunc autem etiam sanandam
plagam fretus? Et quis hic vestrūm meritō nos
accusauerit? Nostrāne pulpita, vel scholas no-
stras audebit quisquam yllis in vos clamoribus
nendum cōuiciis personare? nostrāsne conciones
in his apud imperitam plebem spargendis con-
trouersiis consumi quisquam verē testabitur?
Aliud est certè nobis propositum apud greges
nobis commissos agere, quam de inuisibili, illo-
cali, ineffabili corporis Christi, in vel sub vel cū
pane præsentia reali & essentiali, sive vbiq[ue]stis-
ca Omnimaiestate declamitando, & factionum
nomina, maxima cum fidelium seruorum Dei,
qui in Domino dormivint iniuria detonando,
miseram plebeculam à seria & necessaria ueruolæ
& pura ac simplici veritatis Euangelicæ, tum in
nudo verbo tum in Sacramentis doctrina, auo-
catus, in istismodi quæstionum angustias de-
trudere, εἰς ἀδελφούς, διὰ τὴν ἡμέραν των καταστροφῶν.
Communem autem, synceram, sanctam ac libe-
ram cum moderati ingenij viris οὐζίταις quoties
postulavimus? Et cur, amabò, nobis recusatur,
quod ab ipsis pontificiis communibus aduersa-
riis, vt iustum & æquum, petitur? & quod non
Mahometanis, non Iudeis denegaretur, opinor,
si forte cum Christianis paratos se se de suis do-
gmatibus placide conferre testarentur? Est qui-
dem certè Christianorum principum sanctum

& laudabile institutum qui & suarum Ecclesiarum paci priuatim consultum cupiunt. Sed ipsos factionum manifestos autores, & odia, sua palam toties testatos autoritate sua in conservos armare, atque adeò tot non vocatorum, non auditorum hominum conscientiam subiit cere paucissimorum & nulla Ecclesiarum voluntate vel consensu delectorum iudiciis, quo tandem iure, qua æquitate licuerit? Prouincialium Synodorum hæc olim fuit in priuatis per prouincias exortis controversiis sedādis potestas: quod si malum serperat longius quam ut hoc modo sanari posset, generaliores Synodi, ac interdum etiam, si postulasset necessitas, vniueriales cogebantur: quod ni factum esset, quomodo coēceri Arianorum, Macedonianorum, Nestorianorū, Eutychianorum, Monothelitarum, Monophysitarum blasphemias potuissent? Aduersus autem easdem nunc hæreses, multo etiam maiorem inscitia & impudentia repullolantes cur nō eadem remedia usurpantur? Pontificem ipsum vidimus superioribus annis suæ tyrannidi fulciendæ nullum certius remedium illo suo Tridentino conciliabulo comperisse. Controversias verò tam multas & tam graues partim in ipsis Germaniq; visceribus grassantes, partim aduersus tam multos alios populos suscepas, & quorundam artibus quotidiè augescentes, pauculi scilicet homines compescunt, quos scripturarum & dictorum suorum in communi Ecclesiarum conuentu rationem priùs reddere quam inter iudices sedere: & prius saltem inter se concordes

cordes esse quām concordiæ rationem multis
hominum millibus præscribere oportuit. Pios
ac religiosos Imperatores olim Eusebius ille Ni-
comediensis, Vrsacius, Valēs. Diocorus, Theo-
philus Alexandrinus & alij infelicis memoriae
aliquoties fascinarunt, sic tamen ut nunquam si-
bi damnandi fratres & præscribendæ fidei au-
toritatem tribui postularint, sed conatibus suis
Synodorum nomina prætexuerint. Sed
de his nimium fortasse multa, nisi sanioribus
consiliis aditum Dominus ac Deus noster no-
stri misertus, aperiat. Ad me igitur redeo. Dum
partem mearum quæstionum ἀλεγχπηλιδ
diffe-
rens, expecto ut apparens quispiam, vel priua-
tim per literas, vel publico scripto mecum pla-
cidè & Christianè conferre de iis sustineret quæ
in illis quæstionibus à me propositis desidera-
ret: atque adeò me ex Dei verbo, sicuti postula-
bam, certiora doceret: ecce, prodidit Danielis
Hoffmāni libellus, in quo, neglectis cæteris quæ
tamen fundamentum sententiæ illi nostræ sub-
sternant, postremam duntaxat scriptorum meo-
rum partem, id est, argumenta quibus οὐ πότε
verborum institutionis Cœnæ Domini oppu-
gnavi, studuit refutare. Istud verò si ab ipso sic
præstitum esse deprehenderem, ut me in er-
rore versari possem agnoscere, Deum illum
Opt. Max. & Filium eius vnicum Dominum
nostrum Iesum Christum, apud cuius tribunal
omnes stabimus, testem appello, me fuisse quām
auidissimè, repudiato mihi demonstrato errore,
veritati assensorum, cuius & inquirendæ & am-

pletendæ studium syncerè testor per Dei gratiam paratū esse me vitæ ipsi meæ anteferre. Iure verò an iniuria refutationes eius repudiē non recuso quin collatis meis rationibus iudicet Ecclesia. Sed illa conuiciorum plaustra quibus afficiendum me putauit Hofmannus, quid attinebat disputationi de rebus tam seriis admiscere, & ne quis ea ignorare posset fortassis, indice quoque demonstrare? Sum igitur illi præstigiator, caluniator, animo peruerio, vanus, somniis humanis addictus, absurdus disputator, incogitans, conscientię nullius, stolidus, falsarius, mendax, confidens nugator, blasphemus, impius, impudens, vertiginosus, ineptus, cauillator, peruersus, detestandus, verbo diuino vim afferens, contra conscientiam agens, sophista, somniator. Et idem mihi tamen maximas quasque laudes alibi tribuit. Nempe sicut Hectorem Homerus laudauit, ut tanto illustrior esset Achillis sui gloria: sic Hoffmanno fingor esse aliquid, ne cum nihilo videatur certamen suscepisse. Hæc cine verò est Christiana quam obtuli *αγάπης*? De ipsa doctrina tot Ecclesiarum, à me qua potui fide explicata, non ago. Falsam illam, absurdam, impia esse si poterit ostendere, quis non illam auersabitur? Sed in me profectò ista conferri absque magna iniuria non possunt, iis omnibus testibus qui me & tum mores tum labores meos narrunt. Efferbuerim olim in quendam in hac ipsa controuersia: & coegerit me illius intemperies extra metas disputationis excurrere: meretur tamen accusari potius qui occasionem

sionem præbuit , quām is à quo non fuit ea
neglecta. Studiū postea diuturni silentij patien-
tia, quanquam vndique pungeret, istiusmodi ho-
minum virulentiam pacare. Quid obtinuerim
omnes vident. Ergo in iis quæ ad me priuatum
attinet , semel constitutum est mihi veluti inie-
cto capistro, silere: & ad eum prouocare qui me
& iniuriam in his rebus mihi factā nouit: quam
ego tam libens antagonistis condono, quām mi-
hi à Deo dari omnium meorum peccatorum ve-
niā exopto. Laudes denique abs te, Hofman-
ne, in me collatas, etiam si ab homine serio agēte
proficiscerentur, tamē nihil morarer, quas neque
abs te neq; à quoquā alio captaui, et si nō nihil Ec-
clesię Dei profuisse meos aliquos labores, ne tu
quidē fortasse denegaris. Sic autē tibi respōdeo,
ac primū quidam ad illam virulentam ac ma-
ledicam tui libelli p̄fationem. *Pretiosus est, in-*
quis, vel apex unus verbi Dei in ipsis conspectu.
Quis nostrūm hoc aut lenissimo verbo inficia-
tur? *At nos, ais, simpliciter Dei verbo insistimus.*
Quid aliud verò nostri communes aduersa-
tii? Sed aliud est hæc iactare quām præstare.
Agitatur, inquis, de bonis quæ nobis legata sunt ul-
tima voluntate Filij Dei pretiosissima, id est num
verba testamentaria institutionis ipsam substantiam
bonorum quæ nominantur, an vero quoddam eorum
symbolum & avniu& tantum polliceantur. Imò to-
ta hæc accusatio in nos commentitia est. Quo-
ties enim & quām disertis verbis ab annis quin-
quaginta vociferati sumus, tum Christum ipsum
in primis, tum omnia ipsius dona ad æternam

vitam pertinentia, esse rem illam, in sacra ipsius Cœna, visibilibus illis signis ac ritibus, fidei nostræ ita significatam, vt etiam verè communicanda præbeatur? Cedò igitur, quid amplius ponere in sacra Domini Cœna potestis? Et num verum est, nuda statui symbola, & nihil praeter panem & vinum nobis in Cœna donari, nisi contra totius fidei Christianæ normam, & tum verbi simplicis, tum sacramentorum administrationis finem primarium, Christum sua humilitate adhuc reipsa, siue sua substantia, in terris esse, profiteamur, & ore ipso comedendum ac bibendum dari cōcedamus? Deinde, craffissimus error fuerit, existimare fœdus æternæ vitæ in Cœna Domini repositum esse, id est diplomatis fœderis ~~opaydæ~~ cum ipso diplomate confundere. Alioquin quid iis fieret, qui prius ex hac vita excedunt, quam Cœnam Domini participarint? Declamitas deinceps aduersus Tropos, *quos impium fit contra Dei verbū admittere: & præter rationem approbare, insanum.* Assentimur, & vi- ciissim dicimus, impium esse, contra Dei verbum, id est totius fidei nostræ normam, omnemque rationem principiis verbi Diuini nitentem, ne p̄nitē seruare. Nos illud an vos istud committatis debuisti prius ostendere quam, veluti re confecta, triumphum canere: quum præsertim hoc nunc tandem assequuti simus, vt tropos in Institutionis ipsius verbis, ipsa vi veritatis adactus admittas: qua in re videris quos tandem ex iis qui adhuc aduersus nos scriperunt sis astipulatores habiturus. Sed quid audio? In Cœna verbis, inquis,

inquis, pag. 6, a. nihil offertur quo in tropum inducamur, sed etiam addita est declaratio, qua sua perspicuitate proprietatem predicatorum euincat. Si verum hic dicis, quomodo à teipso non dissentis hæc ipsa scribens pagina libelli tui 105, b? Non inuitus, (inquis) largior in Sacramentorum institutionibus tropos alicubi occurrere, imo & hoc cedo, testamentū filij Dei non planè expers esse troporum. Et netergiuersari possis, tropos quos admittis abs te intelligi de aliis institutionis verbis, quam illis quæ vrgere propriè consuevistis, hos tropos tu ipse posteā non vno loco concedis in his verbis, *Hoc poculum, &c., Nouum testamentum in sanguine meo.* Quid plura. *Quidam Aspastes, ais, adhibet verbis Cœna illud Hieronymi dictum, Quando tropicam disco loquitionem doceo verum non esse quod dicitur.* Censet ergo Aspastes verum non esse quod Christus dixit, & violentum & blasphemum est hoc doctrina genus, cui omnino pietas resistere inbet. Sic enim vero vos principibus & rudi plebeculae imponere? Nam hoc ipsum Hieronymi dictum tute approbas pag. 5, b. sed ita ut & illi & Aspastæ facias iniuriam. Addit enim Hieronymus, sed allegorie nubilo figuratum. Aspastes vero, sensu litera, quæ ut tu truncares & in tuo libello non semel mutila repeteres, mera bilis, non autem Spiritus veritatis tibi persuasit. En vestram in nostris recensendis fidem. Sed illud sane bellum est quod Caluinum ais, postquam nescio quid ex Augustine aduersus Vestphalum delibasset, in eo esse, ut quoties Augustinus corpus Christi nominat, non verum illud corpus, sed Metonymia in voce corporis intelli-

gatur , cuius facinoris memoria utinam (inquis)
cum morte Calvini esset deleta . Scilicet , Hofmannus
vel tanti viri memoriam vestri clamores obruetis,
vel illum etiam mortuum anathemati subiicitis . An vero tu inficiari potes hunc ipsum quem
ponimus Tropum , etiam si Metonymia nomen
non exprimatur , centies apud Augustinum in-
culcari ? Et quem idem ait Corpus Christi crea-
ri , in terram cadere , consumi , & Chrysostomus
palpari , tangi , videri , an negatis Metonymice
corporis vocem explicandam ? nisi fortassis cum
D. Luthero mauis Nicolao Papae assentiri , qui
corpus ipsum Christi aperte dicit non sacra-
mento tantum sed sensualiter dentibus atteri ?
Vnde vero ista reciproca Metonymia , quod per-
mutatis terminis Corpus habet subjecti ratio-
nem , nisi ex institutionis verbis eadem Meto-
nymia expositis , sive tropus in copula , sive in
predicato statuatur ? Eodem enim res recidit , utru-
uis facias , quanvis ego quidem in copula , qua at-
tributionis modus designatur , commodius poni
arbitror . En cur non tam onus ouo simile quam nos
Manicheis & Priscillianistis . Adde etiam si libet
cum Iacobo Andrea , Mahometanis . Vbi quita-
tem , ais , sive omnipresentem humana natura Christi
substantiam nolumus afferere , quod perspicuo Dei
verbo non nitatur . Concedo tamen si Deus illud vel si-
mle quid velit , non esse omnipotentiae ipsius impossibi-
le . Hoccine , queso , est opusmodi ? Emixey quidem de
nonnullis licet pastoribus & doctoribus , pre-
fertim quum post densas tenebras lux exoritur ,
ne quid temere vel affirmemus vel negemus ,
quod nostris temporibus singulari Dei miseri-
cordia

cordia experti sumus: nisi quin de ipsis fidei capitulo symbolo Apostolico comprehensis expressè agitur: quanquam hic quoque aduersus ~~āndiadēmōis~~ vtendū est lenitate, sic tamen ut Ecclesiæ caueatur: at nō aduersus ~~āndiadēmōis & aut~~
~~ātāxipītūs~~. Sed quid hic eiusmodi posuitis velitræ
~~ātāxipītūs~~ p̄texere? Agitur aduersus Vbiquitarios de
 primario nostræ Religionis fundamento, vniōne videlicet hypostatica in vnius nostri servato-
 ris persona: agitur de duobus repugnantissimis
 monitris in vnum tamen, singulari quodam ar-
 tificio Satanæ cōfatis, Nestorio videlicet & Eu-
 tychete, quod vtrumque apertè dixit, scripsit, af-
 feruit, viuens ac moriens Brentius, & nunc tuen-
 tur eius sectatores totidem istis verbis. Dicerimē,
 ait Brentius, *inter Christum & alios homines, non cō-*
stat propriè inhabitatione filij Dei in filio hominis, sed
communicatione proprietarum, quibus filius hominis
ab inhabitante filio Dei ornatur. Item, *Hac sentētia,*
Verbum caro factum est, nihil aliud significat quam
quòd filius Dei ita filium hominis assumpserit, ut ef-
fundat in eum omnem suam Maiestatem, & sic eum
impleat ut communicet cum eo omnem suam potētiā,
scientiam, sapientiam & præsentiam. Quid autem Ia-
 cobus Andräas? *Christus homo* (inquit) *hoc habet*
commune cum omnibus sanctis, quòd cum eo Deus
personaliter unitus. Item, *Inter Inhabitationem Dei*
in sanctis & in Christo H O C V N U M est di-
 scrimen, quòd sanctis distribuat sua dona dimensa,
 Christo autem immensa. Item: *Homo Christus* voca-
 tur Deus, non quia Deus sit in ipso (qui in omni-
 bus Creaturis est non modo natura, sed etiam secun-
 dum subsistentias) sed quòd in assumptione carnis

dedit ei omnem potestatem. Audis h̄ic Nestorium, quod ad Deitatis ~~mpotia~~ non ἐνάποτε attinet? audis Eutychē, in proprietatū omniū reali effusio he? audis h̄ic aliquid etiā Arianismo deterius, Christi deitatē ad qualitates in carnem effusas reuocata? Si h̄ec ita sunt ab illis dicta, scripta, defensa, quæ vestra h̄ec est mollities, idcirco nolle h̄ec impia dogmata afferere, quòd perspicuo Dei verbo non nitantur: quum apertè fundamenta salutis nostrę verbo Dei nítentia conuelant? & cur, illis præteritis istam virulentiam vestram totam in nos effunditis? Si vbiuitas est à Deo cur illam vos quoque non amplectimini? Si non est, vti sanè non est, cur eam palam & apertè non detestamini? Si de hoc ambigitis, quinām audetis ex veritatis pulpito Ecclesiæ doctores vos profiteri? & quousque tandem tenebitis suspensos tot principum totque populo rum animos? Dicam aliquid amplius. Si D. Lutherum habes in hoc argumento pro magistro maiore omni exceptione, cur ab illo apertè dissentis? Nam h̄ec eius verba sunt, in confessione quā edidit de sacramento. *Christi etiam quatenus homo est plena sunt omnia diuino & supernaturali modo, & ubi potes dicere Hic est Deus, ibi oportet te dicere Christum quoque hominem esse.* Vedit enim tandem D. Lutherus quod vtrissimum est, non nisi posita corporis vbiuitate (id est, reali Christi omnipræsentia) stare posse ipsius de reali Cōsubstantiatione dogma, quoniam unum & idem est vtriusque dogmatis fundementum: nec alia ratione Corpus pluribus simul quam omnibus locis adesse sua substantia dici potest. Hoc autem

tem quum sit vnius Deitatis essentialiter proprium propter infinitatem, tam absurdum est quod dicis Deum illud si velit efficere posse, quām est falsum & absurdum plura statuere infinita. i. plures Deos. Præterea fierine posse arbitrari ut Deus æterno immotoque suo consilio de sempiterna Christi corporis vera & organica veritate, ex diametro repugnet? Cæterū ut nos rursum ad tropos reuertamur, agnoscis multos passim in scripturis occurrere, sed negas ubique quae ratio nostra sensum proprium auersatur, ibi esse recurrentum ad tropum quendam, cūque nostro arbitrio eligendum. Nempe hæ sunt vestræ supunypti: hi clamores, quibus pulpita vestra personat, quia nimirum non suppeditat hodie vobis Germania in quibus exagitandis consumi potius vefras conciones oportuit. Equis verò nostrū istud vñquam cogitauit, ecquis fecit quod in nos torque? Apage verò, apage carnem in mysterio quod caro & sanguis non revelat. Nulla certè manifestior est insania, quām *τὸν δὲ τὸν αὐλόν γέγονεν*. Sed an propterea putas bestias nos esse optere, ut nullus ratiocinatio sit locus? Petantur igitur sanè & constantissimè retineantur Theologiae principia ex Dei verbo. Iis verò positis, si quasuis collectiones amplectandas opinaris, & inutilem esse facultatem illam tum à Deo quibusvis hominibus attributam, tum sapientum præceptis excultam, qua quid ex quo consequatur, aut non consequatur, animaduerimus, temetipsum redarguis, quum hac ipsa ratione & arte mecum disceptes. Hoc enim habet eximum Logice, quod eam astruat

oportet, quisquis ipsam destruere conatur. Num
verò de sacramentis disputantes aut originem,
aut materiam, aut formam, aut effecta sacramen-
torum à ratione perimus: ac non potius in his o-
mnibus p̄ssemus quod humana sapientia ludi-
brio habuerit? num ad carnis sapientiam refugi-
mus, quam vestram Consubstantiationem affe-
rimus à fidei Christianæ norma, id est vera filij
Dei incarnatione, ab eiusdem Ascensione in cœ-
los, ab alterius Adventus spe, à vero sacramēto-
rum usq; ac fine, à communi Scripturarum phrasí
dīs dīa nō dissidere? Ita si nos nō probamus,
cum sane iusta cauſa fuerit cur nos vt sacrarum
literarū testimoniis abutētes reprehēdas. Accu-
ſare verò nos quasi de promptis ab humana ra-
tione argumentis rō autōmōvō sacrarum literarum
oppugnemus nullo iure potes. Persequi me pu-
det illa in beatæ memorie viros Zuingliū & Vi-
ctorinum iætata conuicia. Ille, inquis, ore blaſphe-
mo Verbailla Cœna Domini misera & calamitosa
vocabit, teste D. Lutherο in maiore confiſſione. Mi-
sera certè & calamitosa, vt à pontificiis & à vo-
bis iampride miserrimè distorquentur & ad
Ecclesiæ exitium conuertūtur, quæ nostrę vni-
onis cum Christo, & mutuæ coalitionis tesseram
& opayidas esse oportuit. Inſit Victorinus, inquis,
dextrum oculum ab institutione Christi auertere, &
eandem ſinistro inuerti. Si ſuperstes eſſet ille vir
optimus atque doctissimus quem viuum eſſis
indignè persequuti, & nunc mortuum incessit,
facile vobis os occluderet. Ego quidem, si quid
vnquam ille tale dixit, ſenſiſle illum iudico, vt
institutionis verba recte intelligantur, ſic eſſe
vocibus

vocabis ipsis attendendum, ut imprimis sententia totius enunciationis spectetur: quod quoniā negligitis, ideo ad hunc veluti scopulum miserè impingitis. Iam accedo ad istos homines, quibus ait Hofmanus non satis est homines decepisse nisi & de fraudibus glorientur, & suo exēplo alios doceant in negotio confessionis fidei suos vendere. Horum omnium archetypum est Theodorus Beza si tibi creditur, Hofmann. Absit verò abs te, ut in te istud Domini dictum valeat, Quia mensura metimini alios, aliis remetietur vobis. Testis est mihi Dominus, non eo usque me ab ipso sufficeretur, ut quenquam fallere meo ipsius extatio voluerim, nedum ut usque eō insanterim, ut tu me falso calumniaris: & spero Dei beneficio factum ut mei nonnulli labores Ecclesię Dcī, ac tibi fortassis ipsi, non nihil profuerint. Fucorum seu fumorum venditionem iis obiicito, qui ex rusticis aulici, ex pauperibus diuites, ex peditibus rhedarij euaserunt, scilicet sicut ex captiuo Iosephus ab Ægypti Rege secundus, & Daniel Babyloniae gubernator. Sed ad rem. Accusatio tua verbis istis est concepta.

Fol. 8.b. & 9. a. Quām indignum est bono viro quod Beza epistoli 65 tanquam rem præclarè gestam predicat? Faretur potissimum calumniarum (si tamen veritas calumnia est) quibus ipse cum socijs semper sit grauatus, esse quod ipsius corporis & sanguinis communicationem in Cœna non agnoscant. Hanc ob causam ait Rupellana Synodo placuisse ut vocabulo substantie, praesertim quum quidam adfuerint Synodo dissentientes à Calumiano dogmate. Subiicit autem confessionem doli, inquiens istis quidem.

retento vocabulo Substantia os occulsum : sed tamen
alio articulo positam esse interpretationem quae vere
spiritualem & mysticum esse istum Christi nobiscum
consoiationis modum demonstret. Eò igitur res redit
ut istis hominibus satis non sit decepisse , nisi etiam
de fraudibus glorientur , & suo exemplo alios
doceant in negotio Confessionis fidei fucos vendere.
Extat epistola cuius fide nititur hæc tota accu-
satio. Ibi respondens nonnullis, quorum licet
superstitum nominibus iam tum pepercit, & nūc
indignissima morte peremtorū memoriarē par-
co , per quos tamen non stetit quominus ~~per~~ in
~~sed~~ in fratum cōcordissimorum cœtū coni-
ceretur, dico quod non aliis quam iis ipsis quo-
rum caussam pessimam defendis testibus liqui-
dō probatur , rancidam nimirum & putidam illa-
lam calumniam per id tempus repositam Eccle-
siis Gallicis fuisse ab impuris quibusdam rabulis:
quod videlicet pro re sacramenti Cœnæ Domi-
ni, non Christum ipsum sed tantum eius fructus
statueremus. Hanc igitur calumniam ut vitare-
mus usurpatum fuisse in Confessione Gallica
Substantiæ nomen: quod vocabulum sceleratus
quidam Alemanus nomine , qui postea Con-
stantinopoli ad Iudæos transiit, quom eò cona-
tus esset pertrahere , quasi vel ~~metuens~~ vel ~~curans~~
sic statueretur, studuisse Rupelianam Synodum
(cui anno 1570, eò vocatus & magno cum vitæ
discrimine profectus interfui , & cum aliis fra-
tribus præfui) vtrisque turbatoribus occurre-
retento videlicet Substantiæ nomine aduersus il-
lam priorem calumniam: & eodem aduersus po-
steriores sycophantas sic explicato, ut omnis am-
biguitas

biguitas vocis tolleretur, ac merè spiritualis ac
 mystica esse ista ipsius Christi nobiscum Con-
 sociatio demonstraretur. Cedd igitur Hofman-
 ne, si sincerè nobiscum agis, quam hīc stropham,
 quam hypocrisim, quam dissimulationem de-
 prehendis? Vbi dolus vilus? Cui factus fucus?
 Omnia enim fratrum consensu gesta, dicta,
 scripta omnia: & valde falleris, si Gallicas Eccle-
 sias existimas vestram illam Oligarchiam vñquā
 secutas. Palam ibi omnia geruntur ita ut omnia
 audire cuius liceat. Nulla ibi de ullius Ecclesie
 vel personæ ~~et~~ eius vel auctoritate aduersus aliā
 cōtentio: nulla quoque cōfusio, sed post ieiuniū
 & preces, praeuentibus eius loci pastoribus apud
 quos Synodus ex vniuersis Gallici regni Eccle-
 siis, secundum ordinatas prouinciarum vices co-
 gitatur, liberè & absque ~~et~~ delectis com-
 muni consensu qui Synodicam actionem mo-
 derentur, proposita à singulis prouinciarum de-
 putatis, in timore Domini, liberis præsen-
 tium pastorum & ex singulis prouinciis dele-
 ctorum fratrum sententiis disceptantur: ac tan-
 dem quicquid ita conuenit, apud totum cōtum
 postero die recitatum, & rursum rogatis senten-
 tiis comprobatum, in acta prescribitur. Ira rem
 totam Rupellæ primū, ac deinceps Nemausi
 actam esse testor in illa Epistola, ut oculatus si-
 mul & auritus testis. Nemausum enim etiam
 proficiisci me fratribus efflagitationes coegerūt. Ce-
 dò igitur rursum, quid hīc dolo gestū ostendes?
 Vllos autem adfuisse Ropellanae Synodo falsò
 dicitur, qui à nostro dogmate abhorrent, quod
 Calvinianum vocas, est autem verè Christianū
 b. iiiij.

& orthodoxum, nec etiam nostra memoria à D. Calvino introductum. In Nemausensi verum est auditum esse vnum & alterum, qui super Substantiæ vocis ambiguitate disceptarent, quibus quū esset abundè & citra ullam acerbitatem satisfactum, apertioribus etiam verbis quam in Rupellana Synodo, tota res est in Actis Synodicis perscripta, sicut in illa epistola recensui. Hocci ne verò est hypocritam agere, qui non modò alios decipiatur, sed etiam de fraudibus glorietur, ac non potius quod agis hoc ipsum est agere quod sycophantæ solent? Denique quod existimas ipsius Christi à suis beneficiis distincti ~~varian~~ veram & realem tolli, posito eius confo ciationis spirituali & mystico modo, videlicet ne impudentiam in dicendo, insectiam in docendo coarguat. Iam verò quod ad illos attinet hypocritas abs te vocatos, qui se Augustanæ confessionis consortio delectari ostendunt, & de cōsen su cum D. Lutherò sēpiùs gloriantur: illud certè inficiari iure non potes, ne nunc quidem inter vos à quibus nos oppugnamur, neque de D. Lutheri sententia perpetua, neque de Augustanæ Confessionis vera interpretatione constare, quū ex D. Lutheri scriptis testimonia manifestè repugnantia de promātur, & vestris de Augustana confessione concertationibus tota Germania personet, magno cum Christianæ Religio nis ludibrio. Inter omnes autem eius confessio nis interpretes, quem nā potius delegerint prudētiores, quā illū ipsum à quo perscripta est? D. Philippum dico, cuius quæ fuerit doctrina, pietas, sinceritas, auctoritas denique donec Flaccia norum

norum primū ac deinceps Ubiquitariorum factiones ab ingratis eius discipulis exorirentur, nemo est qui nesciat. Et miramini non paucos esse à vobis in Germania dissentientes, qui tamē illi Confessioni rectius quam à vobis explicatae adhærent. Sed hoc certè nihil ad harum regiōnum, neque ad Gallicas, Belgicas, Anglicanas, Scoticas denique Ecclesiās attinet, qui populi omnes peculiares habent suas Confessiones, sic tamen prorsus inter se consentientes, ut in nullo dogmate per Dei gratiam ullo concordiaē libello indigeant. Illis autē abs te præterea obici quod Apocrypha quedā barbaræ Glossæ pontificiæ pro se proferant, quis non miretur, qui in Lutheri cōfessione maiore legerit approbatum Nicolai Papæ decretum, quo aduersus Berengarium afferitur verē & propriè atque adeò sensualiter verū Christi corpus dentibus atteri? Sed hypocritis illis abs de vocatis suæ ut spero defensiones non deerunt. Et sic quidē ad maledicā & virulentam tuā p̄fationē responsum esto.

Nunc ad Libellum ipsum tuum accedo. Quod fundamentum verae doctrinæ de Cœna Domini ponis in ipsius Institutionis Christi verbis, in eo dissides prorsus à Iacobo Andrea totaque ipsius factione. Nec enim eum ignoras disertis verbis docere Christi præsentiam illam essentialem in Cœna Domini non pendere ab Institutionis verbis, ut pote quæ non agat de corporis præsentia, sed de eiusdem dispensatione: quod nisi ipsi concedatur, profitetur se ne verbū quidem aduersus nos commutaturum? Quid si igitur à vobis peteremus ut prius inter vos, qui

Augustanæ confessionis socij vocari vultis, de
hoc fundamento conueniat, quām vobiscum di-
sceperemus? Sed, ecce, tibi potius, id est veritati
assentimur: ea tamen conditione, ut quum Institu-
tionis verba non modō diversis, verū etiā
prosul repugnantibus interpretationibus di-
strahantur, illud ad veram sententiam eruendā,
& cæteras ut falsas coarguēdas obseruetur, quod
in omnibus eiusmodi controversijs semper fuit
optimo iure, imò necessariò factitatum: id est,
omnes huias loci interpretationes ad normam
fidei Christianæ, collatis inter se aliis Scripturæ
locis cō pertinentibus, accommodentur. Quod
autem ceteris omissis institutionis verbis hæc
sola deligis, *Hoc est corpus meum, & Hic est san-*
guis meus, in eo tibi non essentimur, quanquam
præcipuum hic controvèrsiam hærere non dif-
fitemur. Primaria sit igitur, inquis, hæc questio, si-
ne rō patrō illorum verborum retinendum, id est pro-
pria & genuina eorum significatio, quod nos tuemur:
an vero querenda strāta que ab illa verborum pro-
prietate discedat, quod vos faciendum docetis.
Assentimur. Sed aīs quibusdam tricis questionem à
nobis inuolui. primum enim quum de propria vel figu-
rata significacione singularium vocum agatur, nos pro-
priam & regularem prædicationem subscere, itaque
statutum peruertere. Quid audio? quum figuratè ac-
cipiemuslam esse copulam dicamus, & prædicatio-
nis modum cōdem referamus, quinam istud ve-
rè dixeris? Sed obscurè fortassis quid sentires
ipsem̄ significasti, & hoc dictum voluisti, no-
bis videri in genere, quoties propria omnium
vocum alicuius enunciationis significatio tenē-
da est,

da est, consequi propriam quoque & regularem esse prædicationem. Et nos sanè ita rē esse affir-mamus, & econtrariò figuratum esse prædicatio-nis modum, quoties terminus aliquis enuncia-tionis est figuratè, id est aliter quàm eius propria-significatio ferat, accipiendus. Quid tu contra? Naturā, inquis, fo. 2. propositionis ipsa ratione p̄ntē non intelligimus, quum alia sit simplicis alia compositi natura. Fateor, Hofmanne, aliam es-se rationem, ac etiam, si ita vis, formam rerum per alicuius enunciationis terminos si-gnificantarum & sigillatim cōsideratarum, quàm totius sententiae ex iis compositae: ut, exempli gratia, aliud est Homo, aliud est Animal, aliud est denique Esse, in hac enunciatione, Homo est animal. Sed quum enunciatio sit complexum quiddam, de omni autem complexo non tam sit ex partibus quàm ex mutua illarum ξένων̄ æsti-mandum, quomodo dici potest statum qua-
stionis ab eo peruersti, qui animaduerso nullam esse ξένων̄ inter disparatorum essentias, con-tendat vnum de altero figuratè necessariò dici, ac proinde vel in subiecto, vel in attributo, vel in copula (quæ ξένων̄ speciem potissimum notat) figuram esse constituendam contendat? Futilis est igitur tua illa ratio sicut mox ostendemus, quum ad tuum illud inusitatum genus ventum erit: & stat illa perpetua & nullam prorsus ex-ceptionem, ne in Theologicis quidem myste-riis, admittens regula, Cū insmodi sunt Tōius par-tes omnes, eiusmodi quoque totum esse ciuis sunt par-tes. Copula verò etiam si non sit inter vocabula οὐδεὶς, est tamen οὐχ οὐδὲν οὐδὲν, & quum sit

omnes vel diuersos terminorum vinculum,
 maxima est eius ratio habenda. Itaque non ma-
 gis fieri potest ut in ea enunciatione, cuius pro-
 priè sunt intelligendæ partes omnes , impro-
 prius sit attributionis modus : quād fieri potest
 ut vel imprimum totum ex propriis partibus
 omnibus , vel proprium totum ex impropriis
 partibus omnibus constituatur. Sed & illud
 tricā vocas quōd præter hæc verba, *Hoc est cor-*
pus meum, &c. *Hic est sanguis meus*, alia in hac con-
 trouersia accerlamus. Quasi verò quām de ser-
 monis alicuius sententia queritur , præceden-
 tiū & consequentiū non sit vel imprimis ha-
 benda consideratio : quam dispetandi legem si
 refugis, quis non dixerit non esse abs te suscep-
 ptam hanc disputationem Veritatis cognoscen-
 dæ causa, sed sententiæ duntaxat tuæ defenden-
 dæ studio? Tertiò conquereris fol. 4. quōd quasdam
 particulas dolose permuteamus. Quædam enim
 (inquis) & ratiōnē & modo prædicationis conve-
 niunt, ut VERE & REALITER quædam
 tantum sint notæ ἡγετοῦ, ut PROPRIE, ES-
 SENTIALITER, SUBSTANTIALITER, CORPORALITER,
 que posteriores particule ad prædicationis modum
 translatæ statum nostrum horribiliter vident. Hic
 ego ad nostrorum scripta prouoco , in quibus
 homonymias istas à nobis diligenter & obser-
 uatas & vitatas inuenies. Sed hoc addo, quōd sta-
 posteriora vis duntaxat de reipsa, de prædicatio-
 nis autem modo nūquam dici, contra rationem
 & usum omnem à te dici. Quis enim ignorat
 propria & maximè visitata significatione hæc esse
 non

non substantiæ sed qualitatis Aduerbia? Itaque PROPRIE & FIGVRATE rectè & vñtratè inter se opponūtur: itidemque Aduerbiis ESSENTIALITER, SVBSTANTIALITER, CORPORALITER, merito quoque opponemus SACRAMENTALITER, MYSTICE, SPIRITUALITER, qua significatione à patribus quoque usurpari constat. Quid igitur habes de quo conqueraris? Quod, inquis, pag. 5, b. & 6, a. hac posteriora nobis sic attribuuntur, præsertim in Orthodoxyi consensu p[re]fatione (quem tu scilicet, vnico Cacodoxi ridiculo cognomēto cluseris) quasi corporalem & essentialēm sine substancialēm esse modum præsentia velimus, quam tamen h[ic]ce Aduerbiis non præsentia modum, quem propriū & essentialēm esse negamus, sed quid sit præsens significans, verum uidelicet illud & vnicum corpus essentialē sine substancialē. Neque hinc (inquis pag. 6, b.) consequetur veram & realem non esse prædicationem, quum neceſſe non sit propriè seu proprio modo dici quicquid verè dicitur, nec semper quod reale est essentialē sit: sicut Deus realiter est homo, & tamen non essentialiter. Respondeo primum, non esse nos istarum vocū usurpādarum auctores, quas passim à vobis promiscue usurpari vel illud ostendit, quod s[ecundu]m fāp[er] eas opponitis istis, Sacramentaliter & Spirituāliter, quæ certè non ad res ipsas, sed ad modum prædicationis referuntur. Deinde si loqueris serio, dupliciter à D. Luthero dissentis. Quid enim est aliud sensualiter, quām sensuum modo dentibus atteri? ergo corporaliter quoque, atque ad eō carnaliter & substancialiter. Illum autem con-

stat usque adeò dictatam illam à Nicolao Papa Berengarij palinodiam probare, vt omnes Pontificios Romanos optet tā Christianē in omnibus egisse: & glossam illud dicendi genus emollientem erroris condemnet. Præterea tu quidem negas propriam & essentialem esse prædicacionem, quum dicitur panis esse Christi corpus. At D. Lutherus, contra in illa maiore Confessione, Quod panis fit (inquit) id ipsum verè & P R O P R I E corpori Christi tribuitur propter sacramentalem coniunctionem. Vides, Hofmannus, ab ipso D. Lutheru[m] tuæ defensionis fundatum subuerti? Quo tandem igitur loco vos habebimus, qui tamen D. Lutheri videri vultis fidi germaniq[ue]; discipuli? an quales olim habuit Plato, nō aliud quā n elatos ipsius humeros, & Aristoteles, nihil nisi præceptoris οὐσιότητα imitantes? Sed de hoc tu videris. Ad rem autem ipsam quod attinet, ne quæso, dissimulate diutius quæ de re inter nos controuertitur. Si verè & realiter, id est non imaginariè nec falsò, contenditis veram Domini carnem pro nobis mactatam, & sanguinem pro nobis effusum adesse in Cœna Domini, vt nobis non tantum refricetur eorum memoria, sed vt eorum *κονωπία* in nobis ad vitam æternam obfigetur: direpta est controuersia. Quid enim aliud semper docuimus, & docemus, & Deo fauente, docebimus? Si vultis nō tantum beneficia à Christo in nos promanātia nobis in Cœna confirmari, seu magis ac magis insinuari, sed nostram cum ipsomet concorporationem & consociationem fanciri, quod illis Aduerbiis Corporaliter, Essentialiter, Substantialiter, non ad

ad modum prædicationis sed ad rem ipsam relatis significetur: assentimur & nos, vt qui affera-
mus fandum ipsum ordine prius à nobis pos-
sideri oportere, quām fructus ab ipso pro-
manantes percipiāmus: vt horum duorum
neutrūm ab altero sc̄iungi possit. Afferi-
mus etiam ἐαριστος & verè magnum esse hu-
ius nostræ cum Christo consociationis μυστηριον,
nedum vt arbitremur nos corporali & natura-
li modo fieri carnem ex eius carne & os ex eius
ossibus. In quibus igitur hæc controuersia? nem-
pe in primis in coniunctionis sacramentalis ex-
plificatione, de qua si inter nos constaret, omnis
esset cōposita cōtrouersia. Vos enim Christi cor-
pus re ipsa suāq; substantia vultis in terris adesse
corporibus nostris, in, sub, vel cum hoc pane, ac
proinde ab omnibus siue dignè siue indignè ac-
cedētibus ore sumi, ad quā sententiā verba insti-
tutionis accōmodatis: & de modo istius sacra-
mentalis coniunctionis rerum & signorum in-
terrogari, incomprehensibilem illum esse respō-
detis, & Dei omnipotentiam ac Diuini verbi ve-
ritatem nobis opponitis. Omitto Vbi quitarios,
id est maximam vestrum partem, qui corporis
ac sanguinis Domini præsentiam hanc realem &
essentialem omnibus sine exceptione rebus cō-
munem faciunt, ab ipso incarnationis Verbi Dei
momento, ita vt Christi etiam quatenus homo
est diuino & supernaturali modo plena sint o-
mnia. Et utriq; nitimini D. Lutheri testimoniis.
Nam hæc quoque sunt expressa illius verba. At
nos utrumque illud vestrum dogma neque Chri-
stianæ fidei capitum analogiam, neque humani-

tatis Christi veritatem ferre posse, neque cum eo
principio fine cuius causa sunt instituta Sacra-
menta consentire affirmamus. Itaque verba In-
stitutionis sic esse explicanda contendimus, ut &
veritas ipsis constet, & nihil à norma fidei dis-
sentaneum inde concludatur. Panem igitur il-
lum & Vinum illud dicimus in Cœna Domini
non esse res communes, id est ad communem
vsum huius vitæ in Cœna Domini destinatas;
sed diuinitus institutas tesseras quæ, sicut verba
Institutionis declarant, tum eorum, quæ nostri
causa filius Dei ad mortem usque crucis subiit
& impleuit, memoriam credentibus refricent:
tum etiam verè testentur Christum illum verè
(nisi per nos sterterit) velle nostrum fieri, atque
adeo se se spirituali per fidem consociatione ar-
ctissima & efficacissima nostris mentibus insi-
nuare cum omnibus suis donis: non utique sou-
corpus in nostrum trahi cedo, sed diuina illa sua
virtute efficiendo, ut quemadmodum panis &
vini naturali sumptione, in hac corporali vi-
ta sustentamur: ita etiam, tum ipsius Christi tum
omnium eius beneficiorum spirituali & verè ad-
mirabili ac sensibus humanis inscrutabili, per
fidei instrumentum, applicatione, vitam æter-
nam magis ac magis quasi ex ipsius vulneribus
hauriamus. Signa igitur dicimus in terris nunc esse
ad cœlestem hunc usum, ritibus à Christo in-
stitutis, accommodata, & sensibus externis re-
præsentata: res autem ipsas in ecclesiis nunc esse &
non alibi: ac proinde ipsarum præsentiam non
corpora nostra sed mentem respicer, fidei vi-
delicet manu non ore corporis percipiēdarum,
quam

quam manum qui non afferat, reus sit tum si-
gnorum tatarum rerum pollutionis, tum cor-
poris & sanguinis Domini, non quæ indignè
sumpserit, sed quæ sibi præbita sumere negle-
xerit. Hæc, inquam, nostra præcipua contro-
versia est. Hic pedem fige. Istis autem hæc etiæ
adiicio. Quod dicas necessariò non requiri, ut
quicquid verè dicitur, idem propriè esse dicatur,
concedo: ac proinde testor ita refelli
quām apertissimè duo quæ nobis hic impin-
gis: vnum, quòd Metonymiæ tropi in verba
Institutionis inuectione, persuadere velimus
verum non esse quod Christus dixit: alterum,
quòd figuratè intelligentes institutionis ver-
ba, testamentum Filij Dei irritum faciamus.
Præterea quod ais Filium Dei esse quidem
realiter hominem, non tamen essentialiter,
vide primum: an non tu ipse destruas: deinde
an non falsissimo sensu possit accipi. Etenim
si CORPORA LITER idē valet atque
CORPORE, certè ESSENTIALITER idē
erit atq; ESSENTIA. Itaque vnum & idē
erit Esse hominem essentialē, & hominem
Essentia. Et certè nisi fatearis hominem Essen-
tialiter de Filio Dei prædicari, nō quidē qua-
tenus Deus, sed quatenus homo est, & in Filio
Dei subsistit, effugere neque Marcionis, neque
Nestorij delirium potes. Denique tu ipse
deprehenderis facere quod nobis obiūcis, id
est prædicatum cum modo prædicationis cō-
fundere, ut qui pag. libri tui 6, a. de corpore
Christi loquens, ESSENTIALITER
explices S E C V N D V M E S S E N-

T I A M, pag. verò 9, b. Deum non esse hominem ESSENTIALITER, de modo Es-
 sentiali interpreteris. Nunc accedo ad audi-
 toris cuiusdam tui quem vocas argumentum,
 cuius hæc summa est. Copulæ E S Thunc esse
 naturalem & proprium usum, ut cum quem
 extrema enunciationis requirunt $\frac{7}{10}$ mo-
 dum introducat, ac proinde, si, in his de qui-
 bus agitur propositionibus, copula, ex illo
 suo naturali & proprio usu, accipiatur, con-
 sequi essentialiter accipiendam, quoniam ex-
 trema enunciationis substantiam significant
 His autem positis concludit substantialem o-
 mninò esse oportere prædicationis modum,
 & quum substantialiter in sese panis non pos-
 sit esse corpus Christi, nisi panis substantia in
 corporis Christi substantiam transmutetur,
 non posse à vobis, qui $\frac{7}{10}$ in huius enun-
 ciationis singulis partibus prorsus retinendū
 contenditis, nisi inuenta transubstantiatione,
 hæc sententiā defendi. Ita certè sese res habet,
 non probabilitate suadente, sed necessitate
 cogente: ideoque sæpe vobis obiecimus à so-
 lis Pontificiis $\frac{7}{10}$ seruati, & veritatem à vo-
 bis exponi ipsorum ludibrio, quoties vestram
 realem cōsubstantiationem fundamento $\frac{7}{10}$
 superstruitis. Audiamus ergo quid respōdeas.
 Ais propriam significationem Verbi Est differre à
 modo $\frac{7}{10}$, unde colligis Est propriè accipi posse, mu-
 tato tamen $\frac{7}{10}$ modo. Illud autē probas triplici-
 ratione: una, quoniam in regularibus prædicationi-
 bus modus $\frac{7}{10}$ quinque modis (id est quot sunt
 prædicabilia) variatur, copula tamen propriè sem-
 per

per accepta: altera, quod non possint diuersi modi
introduci vi naturalis & propriæ significationis,
qua una est: tertia, quod figuratos & inusitatos mo-
dos habeatis qui nulla ratione possint vi propriæ
significationis copule existere. Impropiū enim na-
turali vi proprii non cognosci. In istis vero quid
primum redarguam? Quod enim ille ad ~~ter~~^{ter}minorum, sine attributionis modum, si-
ue ad subiectum & prædicatum quatenus in-
ter se cohærent retulit, tu ad terminos sigilla-
tim & per se consideratos refers: & quod de
proprio vnu copule dixit, nempe ut secundūm
illum terminorum ~~et~~^{et} attributionis modum
acciipiatur, tu perinde intelligis ac si ipsa
copula esset ex numero vocabulorum per se
significatiū aliquid ab eo modo, cui vni signi-
ficando adhibetur, diuersum. Peruertis igitur
illius argumenti fundamentum, quo posito,
recte colligitur quod ille concludit, nempe, si
substantialis est prædicationis modus, quum
substantia de substantia, ratione sui, siue qua-
tenus substantia est, dici verè non possit, vel
falsam esse hanc enunciationem, vel transub-
stantiationem constituendam. Itaque simili-
citer illi respondendum fuit ad argumenti as-
sumptionem, ex vestra opinione, corpus qui-
dem verum ac essentiali dici de vero & essen-
tiali pane, at non essentiali prædicationis mo-
do, quasi una substantia sit hoc ipsum in sese
quod est altera. Ex quo responso tursus ille
collegisset quod verum est, nempe ~~ter~~^{ter} in igitur
a vobis non seruari in copula, immo ne
in subiecto quidem: quod ex illis ipsis vestris

particulis constet, in, sub, vel cum. Nec enim quamlibet duarum substantiarum quantumvis arctam cohærentiam efficere, ut una verè dici possit esse altera, siue sui essentia, siue essentiali prædicationis modo. Totum igitur illud quod *ESSERE* differat à modo *essendi* falsum est ac vanissimum in iis enunciationibus in quibus *Est* nihil potest nisi *objedetur*, id est ipsum essendi modum consignificare: in his inquam enunciationibus, quæ ab iis differunt in quibus *Est* non est copula sed prædicatum, & significat vel essentiam subiecti, ut *Socrates* est, vel tempus, ut, *Troianum bellum* est. Neque contrarium evincunt rationes abs te allatae. Nam quod ad primam & secundam attinet, variatur quidem quinque modis prædicationes secundum prædicabilium numerum, sed ita ut species diuersa prædicationis, ad illum generalem copulæ usum propriū, tanquam ad suum genus referatur, quo videlicet consignificat terminorum quos copulat *objedetur* quidem in affirmatione, in negatione vero *disjungatur*. Tertia verò tua ratio verè noua, & inusitata & recens à vobis excogitatum perfugium, petitio est principij, de qua postmodum agemus. Impropium certè ex opposita naturali vi proprij non agnosci, quis tandem tibi nisi prorsus amens concederit? Quid amplius? Negas modum *est*, quem tu, novo itidem inuenio, ab ipsius copulæ consignificatu diuersum facis, conformari extremonrum naturæ, ut pote qua sint inæqualia. Quid tum dixerit iste tuus auditor.

Non

Non dixi æqualiter accommodari: & quorū istam cōmemores utrinque æqualitatem? Hic enim agitur de hoc vno, qua ratione prædicatum cum subiecto copuletur, don an magis cum vno quam cum altero termino conformetur prædicandi modus. Sed audiamus exemplum. Quum dico, inquis, *Nix est alba.* *Hic alterum extremorum substantia, alterum accidens est.* An non deficiet applicatio modi ad minimum in uno extremorum? Frustrè laboras Magister, inquiet auditor. Nec enim dico copulæ vim propriam & naturalem id est cuius caussa adhibetur, huc spectare ut æqualiter vel inæqualiter ad hunc vel illum terminum referatur: & modum enunciationis introducat, quem vel subiectum vel prædicatum seorsim consideratum repræsentent, sed hunc illius proprium & nativum usum esse dico, ut eum modum prædicationis declareret, quem coniunctorum terminorum ~~hinc~~ mutua, ad veram affirmationem vel negationem constituendam requirit. Dato igitur hoc exemplo respondeo, quoniam in illa enunciatione, *Nix est alba,* prædicatum est accidens, & subiectum non quatenus substantia per se, sed quatenus est hoc accidente affecta, consideratur, copulam esse propria sua vi accidentaliter accipiēdam. Sed quid si extrema fuerint essentialia, ut quum de specie genus prædicatur? Tunc, inquis, agnosco essentialē esse quoque prædicationis modum. Sed hoc non ad naturam extremorum qua singula sint, sed ad quandam

vtriusque conuenientiam respicit. Neque vero
tuus hic auditor, Hofmannus, in sua propo-
sitione quicquam de extremis egit qua sin-
gula sunt, sed de modo prædicationis, quem
extrema enunciationis requirunt, quatenus
videlicet prædicatum de subiecto dicitur:
quod obseruandum est in omnis enuntiationis
eruenda sententia sive propriæ sive fi-
guratæ: ut sint omnino à ~~æ~~goðis ðoru de quibus
hic disputas. Quod si ita sese res habet, ut tu tam-
dem hic agnoscis, id est *sive essentialis est modus*
prædicationis in copula consignificatus, ut *essen-*
tialia sunt extrema, cur auditoris tui argumen-
tum non soluis, inde colligentis vel falsam es-
se hæc enunciationem, Hoc est corpus meum,
(quod absit) vel Transubstantiationem esse
constituendam? Scilicet egregia est hæc solu-
tio, quoddam esse genus enunciationum inusitatissimū,
quod nunc primum in lucem prodiit, improprium
nec tamen figuratū, qua de re suo loco.
Admones postea fo. 10. *cōuenire quidē internos*,
Hoc est corpus meum, esse sacramentalem prædica-
tionem & irregularem, sed non constare de huīus
sacramentalis prædicationis & modi definitione. Et
ita esse fateor. Sed quum te videam tam stu-
diosè syllabas aucupari, quæquierim ex te liben-
ter num prædicationem sacramentalem à mo-
do sacramentali distinguas. Si distinguis, fa-
teor me stolidiorem esse quam ut tuarum ar-
gutiarum sim capax: nec etiam velim hæc ar-
gutari, ne forte me conjecturæ meæ decipient.
Sed hoc dico, non posse te hanc prædicatio-
nem sive hunc prædictiōis modum vocare
sacramentalem quin eum statim definias.

Quum enim sacramentum constet idem in hoc argumento declarare atque visibile signum gratiae inuisibilis ad nouum fœdus in nobis sanciendum, necessariò quoque consequitur sacramentalem esse prædicationem, regularem quidem in qua res tota propriis verbis exprimitur, (ut quum Circuncisio dicitur fuisse sub vetere testamento signum fœderis, & sigillum Iustitiae ex fide) : figuratam verò quum (optima ratione, nempe ne in re externa, ne quidem tanquam signo, hæreamus) rei significatæ nomen signo attribuitur. Hæc ita se habere nec à nobis confungi res ipsa est statut, & tota erudita vetustas summo perpetuoque consensu profitetur. Mysticam quoque quoties hanc appellas, nihil aliud significas quam quod passim apud patres occurrit & vox ipsa mysterij declarat, nempe in qua per id quod oculis videtur, aliud intellectui considerandum offertur. Hinc verò constare quoque manifestissimè quæ sit signi visibilis & rerum per id intellectui significatarum coniunctio miror quenquam ignorare posse: eandem videlicet, teste quoque Augustino De ciuitate Dei libr. 10. cap. 19. quæ est verborum quæ auribus percipiuntur cum rebus quibus significandi adhibentur, siue procul illæ absint siue præsentes adsint, & siue corporea siue incorporea sint de quibus loquimur: ut verè & scientè Augustinus sacramenta esse visibilia quædam verba scripsit. Itaque si rem totam absque præiudicio expendas, comperies & prædicationis & sacramentalis signorum & re-

rum significatarum coniunctionis modum ef-
se planissimum , & maximè perspicuum,
nempe ex instituentis voluntate & pacto, sicut
in contractibus etiam humanis fieri consuevit
quum pactis & conuentis adduntur symbola
quibus promissiones cōfirmentur. Hæc enim
signa inter homines, rebus humanis sancien-
dis, usurpari solita, et si à Christianis sacra-
mentis, circumstantiis rituum, & rerum dignitate,
ipsòque fine tantum differat, quantum ab hu-
manis divina & à cœlestibus terrena: in gene-
re tamē cōueniunt: ut merito dixerit Augusti-
nus, stuporem habere non posse sacramenta
ut admirāda, nempe, quod ad ipsorum modū: nō
autem quod ad effectū: quæ verè mysteriū es-
se cum Apostolo profitemur. Quodnam est
igitur (inquires) illud mysterium ingens ca-
ius meminit Apostolus? certè non in prædi-
cationis sacramentalis modo, neque in ipsa si-
gni & rei significatæ coniunctione positum,
cuius & fundamentum & ratio tota perspicua
est: sed in nostra cum Christo tum in verbo
simplici , tum præcipue in legitimo Cœnæ
Domini vsu, spirituali & vera per fidē cōfoca-
tione sitū, vnde prorsus beatitas nostra pēdet.
Itaque sæpè mirari subit quid vobis in mentē
venerit ut miraculū ponatis vbi nullū est, nēpe
in signorum & rerum coniunctione: inde ve-
rò tollatis, vbi verè est ineffabile & incompre-
hensibile mysterium, nempe in Christi nobilis-
cum coniunctione. Nam hæc certè miraculo-
sa non est si vestræ vel Pontificiorum sen-
tentia credatur, id est si corporis ipsius sub-
stantia re ipsa à nobis ore suscepta, in vilcera

nostra quanuis inuisibiliter traiiciatur: quum
hæc communis & naturalis sit sumendi ali-
menti ratio. At illud magnum est mysterium
quod ex Dei verbo & fidei analogia docetur,
& creditur: nempe omnipotente Dei virtute,
per fidei instrumentum, non obstante locorū
intervallo, tam verè Christum ipsum nostrum
fieri & spiritualiter (id est non coniunctione
seu cōtractu reali humanitatis ipsius, sed my-
stica & humanis sensibus incōprehēibili ra-
tione) à nostris animabus percipi, vt & in ipso
iustificemur & per ipsum sanctificemur, ac tā-
dem ex ipso tam certò æternam vitam hauria-
mus quām sensibiliter & naturaliter in hac vi-
ta, cibi & potus sumptione, ad hanc vitam ca-
ducā transigendā sustenta mur. Denique quis
non miretur quòd ais, modum videlicet vniōnis
sacramentalis nec scire te, nec scire posse, quum
illum filius Dei reticuerit? Nam si hoc verum est,
quis D. Lutherò ista patefecit quæ totidē ver-
bis in Maiore Confessione scribit, postquam
de modo definitio, quo Angeli & spiritus sūt
in locis differuit? *Ad hunc modum, inquit, est ac-*
poteſt eſſe Christus in pane. Et agens postea de
modo supernaturali quo Deus sic omnia cō-
plet ut nullo loco comprehēdatur, *sic quoque,*
inquit, *quia hic homo eſt una persona cum Deo,*
ſequitur hoc modo supernaturali Christi etiam qua-
tenus homo eſt plena eſſe omnia. Hanc autem cō-
ſequitionem, quæ niſi per tropum *κονωνιας*
ιστοριας explicetur, mere fuerit Eutychiana,
etiam Vbiqūtarij postea auxerūt, pro Christo
homine humanitatē & carnē ipsam Christi, id
est pro personæ cōcreto abstractū naturæ no-

men, intolerabili errore, substituentes, à quibus si dissentis rectè facis, sed cur hoc dissimulas? Sin verò in hoc quoque illis assentiris, aut fucū nobis facis, quum hunc modum te nec scire, nec scire posse dicis, aut teipso teste coargueris. Quod autem addis, à nobis tradi præsentiam realem ipsius rei cum signis esse contra perpetuam Sacramentorum natum, non ita se habet, & in eo quoque abutetur Realis appellatione. Absit enim ut phantasticam & imaginariam esse arbitremur, & hoc sensu veram ac realem esse negemus rerū nobis à Domino promissarum, & signis mysticis adhibitis menti fidei que nostræ representatarum spiritualem præsentiam ac præbitionem, etiam si res ita significata tanto interullo à signis & à nobis distet, quanto spacio cœlum abest à terra. Sed progrediamur. Quod Christi corpus cū pane & vino in terris reipsa & sua substantia collocatis inuisibili, id est verè phantastico & merè imaginario, modo, hoc illud est quod dicimus huius sacramenti naturæ & fini, ipsiusque corporis Christi veritati, articulis denique nostræ fidei tribus ex diametro repugnare. Nec enim instituta est Cœsa Domini ut corporis substantia in nostra corpora ullo prorsus modo traiciatur, quæ est Capernaitica & Cyclopica σαρκοφαγία: sed vt ore fidei nostris animis spiritualiter ad vitæ æternæ alimoniam applicetur. Hoc, inquam, dixi & scripsi, non cogente sed persuadente mihi veritate. Et quod de columbae apariione & igneis linguis ex meis quæstionibus citas, tam cum reliquo meo scripto

consentit, quām pro illa tua corporis Christi præsentia statuenda nihil prorsus facit. Nec enim certe non potes non videre, quām dissimilia inter se & dissentanea in eodem doctrinæ sacramentariæ genere conferas, essentiam videlicet Diuinam cum verè corporeo Christi corpore, ut ex qua ratione afferitur Spiritus sancti essentia cū columba & linguis flammeis præsens, ea ipsa in contrariam partem absentia corporis Christi à pane affirmetur, Deinde prorsus nego Spiritus Sancti nomen columbae vel linguis illis tribui sacramentaliter *καὶ σίων*, siue potius secundum ipsam Spiritus sancti hypostasin: sed ad testificandā ipsius *εὐπρεπείαν* in ipsam quidem Christi humilitatem immēscè, in Apostolos verò copiosissimè effusam: vnde factum videmus ut passim appellatione Spiritus sancti dona illa singulatia intelligantur. Nec enim te velim existimare imperitis illis assentiri, qui sancti Spiritus participationem *κατόπιν* statuunt.

Et hactenus quidem de strophis & tricis sacramentariorum quos vocas, quas tu profectò bellè & peracutè demonstrasti. Tandem ergo tecū ex his tendiculis beneficio tuo elapsi, age in arenam, id est ad illa non totius Institutionis cœnæ Domini verba, sed ad ea quæ tibi nonc sola ex omnibus delegisti progredi mur, nempe Hoc est corpus meum. Constat, inquis, demonstratiuam particulam ad panem referri. Constat certè & semper constituit inter nos, quos tu hic nugaris de Carolstadij nuga mento nunc conticuisse, quod tamen no-

strum nemini vñquam probatum fuisse con-
stat: Constat, inquam, ea de re inter nos, ut ne-
cessere non fuerit ullo meorum scriptorum lo-
co istud probare. At inter vos synceros Augu-
stanæ confessionis socios (sicut illos appellas)
quando tandem ea de re certò constabit? For-
titer enim à vestris negatum fuit in disputa-
tione Malbrunensi solum panem demonstra-
tuò pronomine notari. Nec ego, fortassis in-
quies, dico demonstrationem ad solum pa-
nem referri. Ergo, Hofmannne, vel ab illis dis-
sentis, vel nobis illudis. Nunquam autem
euinces vnum & idem esse τὸ πν̄τὸν, Hic panis
est corpus meum, &, In, vel sub, vel cum hoc
pane est corpus meum. Vtrunque hoc igi-
tur quoratione tueri possis, tu nos imperitos
quos vocas Grammaticos, alter scilicet Var-
ro vel Priscianus, docebis quum voles. Iam
autem ad alteram huic penitus responden-
tem enunciationem veniamus, nempe *Hic*
est sanguis meus. Eam ego iampridem euicisse
me arbitror aliter fuisse ex Græcis vertendā,
nempe, *Hoc est sanguis meus*. Etenim, qui dicit
Hic est sanguis meus, nihil nisi sanguinem de-
monstrat: vnde consequitur identicam esse
hunc enunciationem quod ipsi quoque infi-
ciamini: & meritò quidem. Series enim narra-
tionis ostendit, bibendum quoque id præ-
buisse Dominum quod manu tenebat, vi-
num videlicet poculo contentum. Sensum
igitur huius enunciationis hunc esse vtrique
fatemur, *Hoc vinum est sanguis meus*. Sed ubi
vobis nomen huius enunciationis ob-
interea

interea τὸ πόντον? Etsi enim apud Matthæum & Marcum non exprimitur poculi nomen in hac enunciatione *Hoc est sanguis meus*, tamen necessariò ex precedentibus verbis λακάρ τὸ πόντον, habetur pro expresso: ac proinde in **hac narratione**, nulla in re prorsus Lucas & Paulus quod ad pronomen istud demonstrans attinet, à Matthæo & Marco differunt: qua de re audi, si placet, quid ipse D. Lutherus olim in libro aduersus cœlestes prophetas scripsit.

Quum Lucas & Paulus his verbis, *Hic calix*, non visibile corpus aut visibile sanguinem, sed visibile calicem significant, sicut ex ipsis verbis necessario evincitur quæ perspicua sunt, ceterum Christi corpus neque calix sit neque urceus: etiam nos fateri necesse est, Matthæum & Marcum de hoc visibili calice loqui, non de visibili sanguine Christi, ubi inquit *Hoc est sanguis meus*. ita quidem ut istud vocabulum, *Hoc*, nusquam apud ullum Euangeli- stā alio desorqueri debeat, præterquam ad id quod Christus porrigebat, nempe calicem aut potum, quodque eos bibere inbebat: aut fateri necesse est Evangelist as non idem significasse, neque de eadē re in altera Sacramenti parte scripsisse. Hæc ille: quæ si vera sunt, uti sancte sunt, cogimini tropum in subiecto huius enunciationis, non tantum apud Lucam & Paolum, sed etiam apud Matthæum & Marcum constituer. Et quis est hic tropus, dic quæso, Hofmannne? certè is ipse qui te licet rotis viribus refugientem arripit: Metonymia nimirum conti- dentis pro contento, id est poculi pro vino,

quod tu ipse veritatis vi coactus agnoscis. Vani sunt igitur isti tui clamores, quibus nobis ~~λογουαχεῖν~~ exprobras, & queris an non illud designetur quod Christus iussit bibere. Nam vos ipli ~~λογουαχεῖν~~ conuincimini, quum τὸ πνεῦμα à quo tamen aperte desciscitis, tamen persuadere vultis à vobis in hac vtraque enūciatione retineri, & ita quidem ut eum ipsum tropū in nobis non desinatis reprehendere, quum illum siue in copula siue in prædicato consti-
tuimus, quem tamen in subiecto agnoscere cogimini. Sed inde, inquis, tropus Sacramētarius non resultat. Egregium sanè effugium. Imò magis etiam sacramentarius in subiecto quam in copula vel in prædicato, quum subiectum sit totius prædicationis ~~τοποθετούσος~~, ac proinde ipsius τὸ πνεῦμα non seruatum plurimum habeat momenti. Sed quid hīc rursum de te sensuros reliquos synceros Augustanæ Confessionis socios arbitraris, aut quantopere te irrisuros pontificios censes qui ab alia D. Lutheri interpretatione deciscatis, vt qui hanc alteram enunciationem, *Hoc est sanguis mens, non interpretatur, Hoc vinum, sed in sub, vel cum hoc vino, est sanguis mens?* Quamuis enim alicubi ad Synecdochen conetur hanc interpretationem reuocare, nunquam tamen fieri poterit, vt qui *Hoc per in, sub vel cum hoc* interpretatur, τὸ πνεῦμα videri possit retinere. Quid enim? an qui vinum dicit esse sanguinem, idē verbo dicit in, vel sub, vel cum vino esse san-
guinem? Sed argutum est certè quod his ver-
bis

bis prætexis. Non inquis, fo. 22.) ideo Synecdochen dixit D. Lutherus, quod alicuius verbi significatio mutetur in alia; sed quod modus sacramentatis, quem copula sine iactura proprii significati suffert, quandam Synecdochicam significationem habeat, ut neutrum in usu Cœna sit solum, sed ut unum cum altero unitū est, ita utrumque cōplexim intelligendum sit, & adsit, & percipiatur. Obsecro vero, quid hoc rei est? siccine oportuit in rebus sacris ludere? In summa, Synecdoche statuitur quum pars pro toto accipitur. Vinum est huius sacramentalis materiæ pars vna, sanguis Domini pars altera. Vis pronomine demonstrante vinum significari, quod nos concedimus, & quidem vinum minimè vulgare, sed sacramentale. Hactenus τὸ πνεῦμα retinetur. Si nihil præterea vis illa particula significari, & copulam de ipsa essentia subiecti propriè, & secundum rationem prædicati dici, cui persuaseris hoc ipsum vinum esse sanguinem essentialē? quod tamen nisi ita sit, quis tibi concesserit propriè quidem seruari τὸ πνεῦμα, id est copulam accipi ἀποκτηνᾶς, & tamen improptiè de ipso vino dici, quum copula necessariò sit syncategorema, ac proinde secundum attributionis modum explicanda? Necesse est igitur si improprius prædicationis modus ex tua sententia statuatur, id est si vinum istud dicatur esse sanguis, non quod ipsammet sit sanguis, sed quia in, sub, vel cum eo existat sanguis, veram synecdochē abs te in subiecto constitui. Deinde ponamus Christum dixisse, quod vos intelligi vultis, nempe, *Hoc vinum*

in, sub vel cum sanguine meo sacramentaliter unitum, est sanguis meus: sic efficietur tu p̄t̄r in ipso enunciationis complexo non seruari. Num enim sanguis de vitroque verè prædicari potest? Falsa igitur erit realis prædicatio quod ad alteram partem subjecti nempe vinum attinet: alterius verò partis id est sanguinis sue rei significata respectu, identica fuerit enuntiatio, & quidem ineptissima. Quid enim ineptius dici possit, quam Hic sanguis meus est sanguis meus? Inde verò tu videris quomodo extricare te possis, nisi vel ad Transubstantiationis, vel ad individui vagi cōmētū refugias.

Iam autem accedentes ad utriusque enunciationis prædicata, videamus ecquid magis appositi dicas quam in subjectis. *Hec verba, inquis, fo. 12. Corpus meū quod provobis traditur, expressissimè declarant ipsissimum esse entiale corpus Christi. Quis verò nostrum yngnam istud negavit? quis duos Christos docuit? quis duo corpora Christo affinxit? quis cœnam Domini docuit esse alterius alicuius quam illius unicui Christi corporis pro nobis mactati, & sanguinis pro nobis effusi xoyavias? Et tamen nihil hic quoque aduersum nos dixisse videaris, testaris his verbis, omne figuratum, Typicum, phantasticum aut nescio quod aliud non verum corpus respui. Quasi verò qui panem dicit non esse quidem ipsum illud Christi corpus, sed tamen ex Dei ordinatione certum esse sacramentum, & nunquam fallax illius veri, vnicui, & pro nobis mactati corporis, spiritualiter magis ac magis nostris mentibus per fidem*

fidem ad eternam vitam inde hauriendam cō-
municandi, tropicum aut phantasticum , aut
aliud ullum Christo corpus affingat. Quando
igitur tandem , illis centies millies refutatis
calumniis finem imponetis? Eadem est, inquis,
alterius prædicati ratio in his verbis , sanguis meus
qui pro vobis effunditur, ad remissionem peccatorū,
ut tropicus sanguis esse non possit, quod, inquis, nō-
nulli stolidi usque adeo non sentiunt , ut ad omnem
viam diuini verbi occalluerint. Sed Beza non est ve-
ritas epistola quinta ad quendā Alamannum, pro-
dere, quod diuini verbi sensu tactus , vehementiam
eius sustinere non valuerit. At tu, Hofmannne, vti-
nam veritatis sensu tam verè & efficaciter tā-
garis, quām temerē de Bezæ conscientia iudi-
cas. Et quorsum, quælo, hāc meam epistolam
citari oportuit, quum questione præsertim 57,
in eo ipso quem oppugnas libello, plenissimè
& planissimè istud exposuerim, nec aliter vn-
quam aut scripserim aut docuerim? Apage igi-
tur ista somnia, & videte vos potius, ne tropi-
cum, id est, in inanissimum spectrum transmu-
tatum sanguinem in Cœna Domini statuatis,
qui inuisibilem illum nescio quem cum pon-
tificiis comminiscimini, cuiusmodi certè pro
nobis non est effusus. Sed quid facietis Lu-
cæ & Paulo , qui Poculi vocem exprimunt,
nec illud dicunt esse sanguinem , sed Nou-
um fœdus in sanguine , siue per sanguinem?
Non attinet, inquis, disputare, num poculum per
tropum dicatur nouum testamentum. Sanè ita est:
& ita vestræ hyperbolæ patefiunt , quum nos
tropistas non minus ridiculè quām inuidiosè

d. j.

vocitatis. Quid si verò contenderem vinum tropicum à vobis in Cœna Domini constitui, tropi Metonymici apud Lucam & Paulum, in poculi vocem illatione? Fortiter reclamares, & meritò quidem. At qui hoc ipsum facis, quū corpus tropicum à nobis constitui dicis in prædicato, quando panem ipsum dicimus non esse propriæ sed figuratè corpus. Sed quid fiet isti prædicato, *Nouum testamentum in sanguine meo? quum, inquis, sanguis noui testamenti vocetur, dirigitur oratio ad excludendum veteris testamenti figuræ & umbras.* Hoccine verò est ad quæstuum respondere, an potius statum quæstionis permutare? Conuenit inter nos de vero illo sanguine Christi, quo nouum testamen tum sanctum fuit, & cuius vera *memoria*, adhuc vini signo, nobis in Cœna Domini ad vitam aeternam præbetur. Conuenit etiam inter nos hunc verum sanguinem agni, cuius effusione, & spirituali per fidem applicatione peccata mundi tolluntur, fuisse sanguine peccatum veteribus adumbratum. Conuenit denique omnes illas figuræ & umbras (licet minime inanæ) exhibitione veri sanguinis oblitas, in quorum locum successerunt noui fœderis sacramenta, quæ & ipse negare non ausis esse rerum, quæ non videntur sed intelliguntur, siue presentium in terris, siue absentium in cœlis, (nunc enim de præsentia vel absentia illo rū non quero) signa, symbola, tesseras, figuræ, avicula, sicut à patribus omnibus nominantur. De his inquā, inter nos conuenit. Sed de hoc, de hoc, inquam, queritur, de hoc nunc discetur:

ptatur: sitne τὸ πντὸν in hac enuntiatione seruandum: *Hoc poculum est nouum testamentum in sanguine meo: ac nō potius, & in subiecto sit metonymia (tropus ille vobis tā inuisus) continētis pro eo quod cōtinetur: (id quod tu cōcedis) & verbum in prædicato, altera metonymiæ species, significatæ rei pro signo: ac proinde in copula, quā ex attributionis metonymiæ modo interpretari sit necesse: vt tota hæc enunciatio sit metonymica.* Hoc si agnoscis, cur sic obscurè mūllitas? nēpe quòd tuū illud τὸ πντὸν hic te deserat, & ad metonymiā quātumuis refugiētem adigat. Tam autem hæc sunt certè institutionis verba apud Lucam & Paulum quām apud Matthæum & Marcum eodem loquentes spiritu. Quod si quando verum fateri volles, agnoscetis, vt spero, neutrobi τὸ πντὸν nisi mea pertinacia seruari posse: & quum neque de signis, neque de rebus significatis, neque de vera Christi per fidem κονωπίᾳ in legitimo sacramentorum vnu fincienda inter nos convertatur, meras esse chimæras quæ à vobis tū ad tuendum τὸ πντὸν, tum ad ea commenta, quæ inde necessario consequuntur, asserenda proferuntur.

Nunc vero tandem age accedamus ad verbum Est, quod in huiusmodi, siue secundi siue tertij, (vt in scholis loquuntur) adiacentis enuntiationibus, Copulæ nomine notatur. Hic igitur vt in amplissimo campo exultas: sed facile mihi fuerit, spero, in gyrum rationis te cogere. Illud in primis ferre non potes quòd in copula quæram & inueniam attributionis

modum, ideoque tropum in ipsa copula con-
stituam. At ego quero quem tandem usum es-
se velis huius copulae siue cum uno & altero,
siue cum tertio adiacente coherentis. Fateris
enim esse *συγχρηματικον*. Ergo prout coherent
prædicatum & subiectum fatearis necesse est
esse necessarium explicandam, quamobrem etiam
ab Aristotele inter partes essentiales enuntia-
tionum non recensetur. Differat certè ratio-
ne siue re ipsum E S S E ab essendi modo:
ipsum tamen esse ex essendi modo necessa-
riò cognoscitur, manente semper illo gene-
rali huius copulae usu, ut ad prædicati & sub-
iecti coherentiam designandam applicetur.
Nec enim subiectum aliter Est aut Non est (si
vera est enunciatio) quam ferat prædicati vel
cum ipso *αύδεσις* in affirmando, aut *διάποσις* in
negando. Et fateor quidem ego ex terminorum
etiam per se consideratorum vel propria vel
figurata notatione dijudicari attributionis
modum, id est quo sensu connecti aut disjun-
gi enunciationis termini dicantur. Sed inter-
rim manet illud fixum, copulae explicationem
ab ea ratione & *χιωτι* pendere qua prædicatum
de subiecto dicitur: quæ si propria est, tu co-
pula propriè, si figurata, figuratè sit accipien-
da. Magnum igitur abs te duplex erratum hic
committitur: unum, quum extra illam *χιωτι* re-
quiris aliquam peculiarem copulae notationem,
haud secus quam in subiecto & prædicato, id
est, quum *τὸ συγχρηματικόν* inter vocabula *κέ-
ραμα* numeras alterum, quum in propria siue
subiecti siue prædicati significacione subsistit,

vt inde totius complexi sententiam interpre-
teris : quum è contrario propria enunciatio à
figurata eo discernatur ac distinguatur, q̄ vel
subiectum prædicato, vel prædicatū subiecto
applicari verè , proprio prædicationis modo
non possit. Istud ergo tuum *originaliter*, & *solam*
copulam sustinere tropum non posse, frustra in me
torquētur. Ipsum enim Copulae nomen ostē-
dit & vnde originem habeat , & quò tendat:
ipsius siue propria siue figurata declaratio.
Sed vñū esse me dicas exclusiva particula *Dū-*
taxat pag. mearum quæstionū 146. Fateor , &
quod dixi adhuc tucor. Aliud enim est hęc ver-
ba, *Corpus meū quod pro vobis trādūtur*, & *Sanguis*
meus qui pro vobis effunditūr, consyderare distin-
cte & per se, (quo sensu nec vllus est in iis tro-
pus, nec vllum tropum ipsa participant) quām
illa coniunctiōnē , & quatenus de panis & vini
subiecto dicuntur, estimare: quam attributio-
nem ostendens sola copula, id est quatenus &
qua ratione prædicatum subiecto attribuatur,
propterēa meritò dicitur illud vnum esse quo
propriè tropus designatur. Hoc verò locū nō
habet in iis enunciationibus, in quarum præ-
dicato propria significatio seruari nulla ratio-
ne potest. Ut quim dicitur Christus esse vitis:
Herodes esse vulpes : nulla ratione potest
prædicatum de Christo , nec de Herode vul-
pes propria significatiōne dici. Itaque tropus
est metaphoræ in illis prædicatis. At in illis
enunciationibus de quibus nunc agimus, cor-
pus illud verum de illo vero pane , ac sanguis
ille verus de illo vero vino, seruata quoque il-
lorum propria significatiōne dici possunt , ac

verè à Christo dicuntur. Sed propriè dictum corpus dici propriè dictus panis, & propriè dictus sanguis propriè dictum vinum, non nisi figuratè, nempe sacramentali metonymia, potest, quem tropum quis tandem in istis non videt commodissimè in utriusque termini vinculo & copula considerari? Panem autem illū esse sacramentaliter corpus, & panem hunc esse sacramentum corporis, verbis quidem diversa, re verò unum & idem sunt. Nulla igitur in his repugnantia, nullum ~~adversari~~, proprium esse corpus quod de subiecto propriè itidem accepto, non tamen propriè sed figuratè prædicetur. En quæso, qua de re in ista syllabarum aucupia nos ipsos irretimus & aduersariorum Scholis ludos præbemus? Sit fanè tropus prædicato & copule communis, aut è copula in prædicatum, aut ex prædicato in copulam redundet, aut totum sit in prædicato, turbarine Ecclesiam tricis istis oportuit? Si tibi concederem corporis Christi realiter quidem & sua essentia præsens in terris in, sub, vel cum pane aedesse, à quibusvis accendentibus ore ipso comedendum, sed tamen tropicè attribui pani, quoniā si proprietatem prædicatiois urgeas, panis id esse non potest quod in, vel sub, vel cum pane sit: essemus certè coniunctissimi fraterculi, & si vobis illum substantialem præsentia modum Beza, quem vos unum inter cæteros arripitis, concederet, eum in cœlum eueheretis, quem quantum in vobis est adiama tartara detruditis. Res igitur ipsa patet facit, vnde istæ controversiae oriuntur, à quibus soueantur, & quo sum tendant, quic-

quid prætexatur. Videt hoc Dominus & requiri. Præsentia certè ista ne posito quidem vestro illo ~~tempore~~. i. Christum simul suæ humanitatis essentia nunc in terris adesse, & simul in cœlis & terris vñquam extitisse aut extare aut extin-
turum, (quod ne ad salutem quidem nostram faceret) id est falsam esse Verbi Dei incarna-
tionem, ascensionem, & quam speramus re-
versionem, nunquam euincetis. Hoc illud est
Hofmâne, de quo in Ecclesia Dei queri pos-
se miserium est: queri tamen, quando ita
vultis, necesse est.

Transeo ad aliud terrificum tuū argumen-
tum, *Metonymia*, inquis, fol. 17. est tropus
~~κέρας~~. Beza verò cum suis eam in attributionis ge-
nere, quod non dictionis sed modi sermonis est, collo-
cat. Est sanè tropus ~~κέρας~~, & eum ego in copula,
quæ & ipsa est ~~κέρας~~ quamvis οὐχ κατηρηθεῖ,
colloco. Quod igitur hac in te peccatum? Sed
hoc refero ad attributionis modum, nempe
quoniam copula hic est finis & scopus pro-
prius, ut ~~χίον~~ prædicari & habieoti vel propriā
vel figuratam, id est ~~σταύρος~~ totius enuncia-
tionis ostendat. Hoc si negas, nega so-
lem meridie ortum esse. Si Regnum, in-
quis, dicam esse sceptrum, erit metonymia in voce
sceptri. Sin dicā, sceptrum esse regnum, non amplius
est metonymia, sed metonymia explicatio. Quid
hoc, obsecro, rei est? vñramuis intolligas, certè
præuaricaris: & vix quicquam ~~τοῦ πάτερος~~ conuin-
cendo accommodius dici potuit. Nam illa
velis nolis, reciprocatio isti prorsus respon-
det, Panis est corpus Christi, & corpus Christi

d. iiij.

est panis. In illa igitur fateris esse metonymiam
in prædicato. Sed hoc Beza non vult. Quid tū? Agnoscit tamen Hofmannus metonymiam in
prædicato: erga se ipso iudice τὸ πντὸν quod tue-
tur oppugnat. Si vincatur Beza, sternit seipsum
Hoffmannus. Quid si reciprocata enunciatio-
ne Corpus Christi dicamus esse panem? erit
nempe Metonymię explicatio, teste Hofman-
no. Sed quis Hofmanno crederet aliter siue alio
prædicationis modo regnū de sceptro, quām
sceptrum de regno dici? At lōgē callidior So-
phista fuit ille qui (aduersante plurimis locis
D. Luthero) negauit has duas enunciationes
æquipollere, *Hoc (id est hic panis) est corpus*
meum, & , panis est corpus meum. Sunt igitur iste
pueriles & futilles nugæ, quibus plenius tra-
& tandis hoc vnum assequeremur, vt grauissi-
mam hanc controuersiam indignè admodum
inter nos tractari cōmunibus aduersariis me-
ritò videremur. Sed negas illas enunciationes
posse inter se ut similes conferri, immò etiam
illas inuertis. Nam, inquis, si Christus Meto-
nymicè dixisset *Corpus meum est hic panis*, altera
hac enunciatio *Hoc (id est hic panis) est corpus*
meum, esset, inquis, illius Metonymię explicatio.
Sed neutrū istorum probari potest. Mihi quidem
certè Hofmanne, nihil istorum probaueris,
quæ talia sint vt nulla refutatione indigere mi-
hi quidem videri possint. Sit ergo Tropica,
inquis, hac quoque declaratoria, Altera opus erit
regulari, qua ipsa propriè exponatur. Concedo. Et
qua hec erit, inquis? Non enim congruit quod di-
citur Panem esse signum seu figuram corporis Chri-
st.

sti. Cur nam id verò? Primum, ais, hoc ipsum eget pleniore explicatōne: Deinde quia sic predicato infertur tropus apertius, quod tamen non sentit Beza. Quod si E S T interpreteris SIGNIFI-
CAT, Metaphoram non Metonymiam explicabis. Metaphora autem minus habet quād quod verbis Christi continetur. Has igitur rationes ex-
pendamus. Omnem figuratam orationem, fa-
teor propria quapiam explicādam. Dico verò hanc esse propriā, *Hic panis est signū, seu figura, typus, symbolum Corporis illius mei pro vobis ma-
dati* (quod de vino quoque intelligi volo) & omnibus qui norunt pāctiones Diuinas, nun-
quā fallaces, ab humanis distinguere, satis su-
pérque satisfacere. Huius responsonis mēx
fundamentū habeo in Dei verbo, qui hanc enunciationem *Circumcisio est fædus meum in
corpo vestro Genes. 15, 13.* plurimis locis est per istam interpretatus, *Hoc est signum fæderis mei.* Quisnam autem est melior aut certior suorum mysteriorum interpres, quām idem ille Domi-
ni Spiritus? Et ne quispiam ex vestrarum par-
tium graculis, hīc nobis illud absurdum & fal-
sum, nec vñquam ab ipsis recte intellectū dis-
cri men veterum & nouorum sacramentorum reponat, videamus, an non sufficientem & ido-
neam nobis in hac eadem Circumcisione pro-
priæ sacramentorum tropicorum declara-
tionis formam Apostolus ipse tradat quām
Ro. 4, 11. Circumcisio ē vocat οὐλέσιν ἡ ὁρεγι-
δα & διγοργίνη τίσεως εἰ τῇ ἀπόλευσι. Harū certè
vocū illa quidem (id est οὐλέσι) est veluti signis omnibus cōmune genus, ὁρεγιδα verò Iustitiæ

ex fide, discrimen notat tum inter signa, quæ vel pascendis tantum oculis, vel refricandæ duntaxat rerū aliquarum memoriæ causa usurpantur: tum inter humanas de rebus ad hanc vitam spectantibus pactiones, & fcedus vitæ eterne, inter Deum & nos initum, & sacris istis tum ritibus tum sigillis appositis sancitum: & simul statuūr, sacramēta tū vetera tū noua toti Ecclesiæ cōmunia, re esse paria: quod ad præcipuum illorum finem & scopum attinet. Additur denique particula εν τῇ ἀρχοθεσίᾳ, ut discrimen inter hęc & illa statuatur. Quid igitur hīc amplius requiris? & quosnā, quęsō, vos præbetis, quum in vocabulis signi, figuræ, symbolorum, tesserarum, typorum, sacramentorū non acquiescitis, quibus tamen vetus Ecclesia tota orthodoxa acquieuit? Exagitas locum Augustini, vnum ex plurimis eiusdem & aliorum veterum ac recentiorum scriptis, quorum repetitione nolui hanc respōnsionem amplificare. Sed in summa, quid ais? Patres illis signi & figuræ, typi, symboli vocibus minime voluisse unionē Sacramentalēm constituere. Et hoc certè verum est, quod adiicienda sit generi (cuiusmodi est Signi vox) differentia, quæ sacramentalia signa à ceteris distinguat. Neque id verò vel illi prettierunt, vel nos aduersus vestros de inanibus signis clamores omittimus. Sed hoc firmum te ipso iudice, permanet, Panem esse signum Corporis Domini. Ergo impropriè corpus ipsum esse dicitur, quum signum & res significata, non ratione tantum, sed re & substantia ipsa prorsus differat. Dicitur, inquam, improprie.

priē. Quid est autem τὸ ἀπότον nisi id quod dicitur? Et quum ex proprie acceptis vocibus necessariō nascatur sententia propriè intelligenda, (idcircō enim usurpantur τὰ ἐν τῷ φωνῇ ut sint Ἀλέα Φυχῆ παθημάτων σημεῖα) illud quoq; efficitur econtrario, impropriū prædicationis modum esse oportere, & impropriè enūciatā sententiā, acceptis impropriè vocabulis concepiā. Quid igitur tibi, quæso, nūc in mente venit, vt τὸ ἀπότον, id est proprietatem singularum vocum tuearis, & tamen adeò impropriū esse prædicationis modum sentias, vt ad nullam prorsus regularem formam possit reuocari? Iā verò quod rursus inculcas, si panis dicatur esse corporis signum, tropum in prædicato oportere statui: quod læpissimè respondi, iterum vicissim inculco, nempe tropi designationem commodiū (meo quidem iudicio) in copula, quām in subiecto vel prædicato considerari, quia verus sit copulæ finis subiectum & attributum cōnectere in affirmatione, disiungere in negatione, ideoque attributionis modum vel propriè vel figuratè intelligendum ostendere: vt in his de quibus nunc quærimus enunciatiōnibus, verum quidem corpus de vero pane dici, sacramentali tamen metonymica attributione intelligatur. Denique quod metaphorā esse vis, nos metonymiam, si E S T per S I. G N I F I C A T explicetur, Grāmaticis sive Rhetoribus diūdicādū relinquo. Mihi quidē vno eodēq; tropo E s s e videtur accipi pro Si gnificare, & aliquid dici id ipsam esse cuius dū taxat signum est. Istud autem quod mox sub-

licis, cuiusmodi tandem est? Fassus enim Pa-
tres censuisse nos in re sacramētaria per visibi-
le moneri de inuisibili, mox addis. fol. 20, a.
*N*on proptereā panis dicitur corpus Christi quia si-
gnūm ēst corporis Christi, sed quia Christus testa-
mentaria institutione dixit, *Hoc ēst corpus meū,*
ideo visibile visibilis indicūm præbabit. Atqui ad-
huc credideram subordinatis mediis minimè
tollī primariam causam, nisi fortasse vis fal-
so dici nos pane nutriti, quoniam Deus panē
in hunc usum cōdijit. Est igitur profectō cau-
sa efficiens sacramentum Christi authoritas,
ipsius verbo declarata; sed an inde cōsequitur
in illa enunciatione panem idcirco non dici
corpus, quod ex Christi pacto sit ipsius cor-
poris sacramentum sive signum minimè fal-
lax? Deinde si visibilis panis præbet visibilis
corporis indicūm, duo nobis hic ostende:
vnum, quinam cum patribus consentias, qui
summo consensu docent aliud in sacramentis
videri, aliud intelligi: alterum, quibus tan-
dem oculis corpus ilitud in, vel sub, vel cum
pane realiter & sua substantia præsens, ut vos
docetis, cernere & intueri possitis. Nam alio-
qui corpus quidem Christi in se ēre visibi-
le & palpabile esse agnoscimus, quod tamen
in mysteriis inuisibile dicitur, quatenus re ipsa
quidem situm in cœlis visibile & quale in se ēst, hic nobis inuisibiliter (intellectui videlicet nostro) agnoscendum, confitendum, & fir-
de spiritualiter communicandum, verissimè
& efficacissimè præbetur. Quę tu postea pro-
fers de Théophylacto, Damasceno, Euthy-
mio,

mio, quos dicas auersatos fuisse signi seu figuræ nomen vide ne perperam torseris. Primum enim aliud est *auersari voces illas* quasi falsas aut prophanas (quibus passim vñ sunt patres, tum ut sacramenta à rebus communibus discernerent, tum ut inter signa & res significatas distinguerent) quam in illis vocibus ut ambiguis, neque mysteria satis perspicue explicatibus nō prorsus acquiescere. Theophylactus certè in 14. Marci & Iohan. 6. non dixit panem qui in mysteriis manducatur nō esse figuram, sed dixit non esse TANTVM figuram, sed ipsam carnem, quam particulam nescio an eadē fide omiseris qua est deleta in editione Romana Græca, quum in Basiliensi exemplari bonæ fidei legatur. Sed quum hac de re sit vobis satis supérque in orthodoxo consensu, quem tamē aduersum nos citare ausus es, responsum, in uno pluribus νοκκοζεν. Ut igitur sacramenta tum ab iis signis, quæ meræ sunt imagines, discernerem, / ut si de simulachro Cæsaris loquens dicam, Hoc est Cæsar) tum ab iis quæ rerum quidem significatarum exhibitionem & receptionem, sed humanarum, & ad huius dūtaxat vitę vsum pertinentium includunt, distingue rem, (veluti quom numus in venditione traditus arra vocatur, & quom annulo sponsæ dato tribuitur coniugij promissi nomen) Metonymiæ de qua nunc agitur adieci Sacramentalis Epithetum, ut sacrī istis signis peculiare cuius vim non semel, ac præsertim quæstione 48. & 21 his verbis explicavi. *Metonymiam Sacramentalē intellige, qua sit ut signum dicatur id*

esse eui exteruis sensibus congruente analogia & ex
Dei voluntate significando sic exhibetur ut simul
intellectui fidei prebeat res illa significata, verè
ac reispa spiritualiter recipienda & obsignanda. At
istud tibi non satis facit. Tropi enim mysticis, in-
quis, fol. 23. non eximuntur a doctrina troporum
Rhetorica, sed inde astimantur. Nec etiam Synec-
doche vestra à Rhetorica Synecdoche quic-
quam differt: ut negare nequeatis tropum à vo-
bis in subiecto, nēpe in vocula *Hoc* necessariò
constitui, qui tamen non desinitis τὸ πνέοντα νη-
gere. Sed quorsum illud? Nec enim adiuncta
generi differentia mutat eius tropi genus, sed
eius certam speciem constituit: nisi forte pu-
tas eum qui hominem dicat esse animal ratio-
nis particeps, animal quoddam extra substan-
tiæ categoriam statuerit. Quid amplius? Defini-
tio vestra (inquis) Metonymia non congruit. Ex-
cogita igitur quo alio tropo dicitur aliquid
esse id ipsum cuius duntaxat signum est, aut
quo significatæ rei nomen ipsi signo attribua-
tur. Ego in scholis hunc tropum didici Meto-
nymiam vocari. Vos quidem ipsi impudētes
post Synecochen in subiecto posicam, Meto-
nymicum inde prædicationis modum inui-
ti exstruitis, quum corpus Christi vultis in-
vel sub, vel cum pane contineri, & ideo cor-
poris, pane contenti nomen, pani, id est, con-
tinēti attribui, quæ certè est Metonymię spe-
cies. Et tamen, si Deo placet, τὸ πνέοντα retine-
tis. Quid amplius? Beza, inquis, fo. 23. pre-
bitionem & obsignationem corporis magnificè con-
cessam, postea inuenito Metonymia tropo eripit, &
dissipat,

dissipat, & imperitiores perpetuis præstigijs ludiscatur. Grauis sanè accusatio, sed quo teste probata? ipsomet Beza, scilicet, qui in suis illis questionibus dicit, panem & vinum accipere rerum significatarum nomina, quasi id ipsum essent quod significant. At tibi Deus condonet, quod hic tu mihi immerenti conuitum facis: & ita me bene Deus amet, vt ludificari neminem in re tam seria meo ipsius exitio volui. Ego in meis omnibus hac de re scriptis, ratione redens cur figurata potius quam propria enuntiatione Dominus sit usus in illa suæ Cenæ Institutionis parte præcipua, hæc eius rei causâ attuli quest. 85, 86, & 213. quod licet propriæ & figurata orationis eadē sit sententia, tamen multò significantior & expressior, ac proinde etiam multò usitator sit hæc figurata loquendi ratio, quam si propriè loquendo dicerentur signa rem aliquam significare. Quum enim id ipsum esse dicuntur quod significant, animam spectantis à re visibili ad invisibilem contemplandam & fide apprehendendam vehementius traducunt, qui est signorū usus. Sed, inquis, fo. 23. a alio loco nō dixisti panē esse, sed quasi esse corpus. Itaque non erit in Cæna præbitio Corporis, sed quasi præbitio. Ignosce mihi mi homo, petis principium. Nam stare nullo modo tua possit conclusio, nisi probaueris, nullam esse verā ipsius corporis Christi præbitionem nisi corpori nostro sumendum præbeatur. At nos panē quidē & vinū corpori, res oculis videntes, & corporis organis, licet nō ut res vulgares, sed ut signa diuinitus instituta sumēdas dari ex sacris scriptis omnibꝫ didicimus. Christū

autē ipsum, quē in Cœlis nūc & nō alibi esse,
& ad consummationem mundi usque futurū
ex Dei verbo plano ac perspicuo docemus: &
cuius in corpus nostrum realis traiectio, (etia
si vobis & pontificiis concederetur) nihil ad
vitam æternam & Spiritualem vitam faceret,
menti præberi, fidei manu & ore spiritualiter
prehendendū & efficacissimè applicandū cre-
dimus. Hic nō shallucinari postquā ostēderis,
tūc cōclusionib⁹ istiusmodi tuis assentiemur.
Sin minus, satis intelligis cur tam futilebus ar-
gumentis non possimus à nostra sentētia de-
duci. Et ne istud Q V A S I diutius te offen-
dat, scito me authoritate quoque Augustini
adductum illad scripsisse, quem locū in meis
illis quæstionibus non semel citavi, nempe ex
quælt. in Leuit. 57. Solent (inquit) res quaesi-
gnificant, eius rei quam significant nomine signifi-
cari. Hinc dictum, *Petra erat Christus.* Non enim
dixit, *Petra significat Christum*, sed *T A N-*
Q V A M hoc esset, quod utique per Substan-
tiā non erat, sed per significationem. Et ne exci-
pias illic agi de veteris fœderis typo, ipse Pau-
li scopus ostendit, conferri, non quatenus im-
paria, sed quatenus paria sunt, utriusq; fœde-
ris sacramēta. Et de his quidē tuis ~~accrēscere quād~~
male dicentissimis hactenus dictum esto, qui-
bus nihil minus effectum fuisse dico, quām
quod tu studiisti, nō p̄nt̄ videlicet in institu-
tionis verbis esse retinendum, & sacramenta-
lem Metonymiam explodendam. Nunc tan-
dem ad meorum quorundam argumento-
rum refutationem abste propositam accedo.

P R I M U M A R G V M E N T U M
Bezætribus syllogismis constans.

1. Quod accepit, fregit, porrexit, accipi & comedii iussit Dominus, hoc ipsum dixit esse corpus suum.

Accepit autem panem illum, fregit, porrexit, testibus Euangelistis.

Ergo panem illum dixit esse suum corpus.

2. Disparata de se dici propriè nō possunt, Disparata sunt panis & corpus Domini, Ergo corpus Domini de pane dici propriè non potest.

3. Quod de aliquo propriè non dicitur, & tamen verè dicitur, figuratè dicitur.

Corpus Domini de pane non dicitur propriè, & tamen verè dicitur.

Ergo corpus Domini de pane dicitur figuratè.

Hofmannus.

fol. 26,a. Expectabam primo loco longe aliud & fortius argumentum, nimirum ex Dei verbo directè depromptum.

Beza.

Hoc non est soluere argumētum, sed ludificari. Primus syllogismus directè petitus est ex Dei verbo, id est ex connexione præcedentium cum consequentibus. Hoc tu tricas ante vocasti, quum tamen vnum sit ex iis, quæ ad falsam alicuius loci interpretationem coarguendam requiruntur. Alij duo syllogismi pendent ex superioris fundamento, ac proinde à Dei verbo.

Hofmannus.

Non est quæstio an per demonstratiuum
Hoc panis intelligatur.

Beza.

Concedis ergo primum syllogismum, id est
cæterorum fundamentum. Sed iterum ex te
quero, solumne panem demonstrari putas, an
etiam corpus? Illud si concedis, à teipso &
tuis penitus dissentis. Sin verò quod verbo
concedis, re negas: an non optimo iure in te
retorserim, quod tu immitto mihi obiicis?
hoc nimurum esse indicium ludibundi animi,
in retam ardua, & quidem sacra?

Hofmannus.

fol. 27, a. Ad quæstionem num tropus sit
in verbis Christi, Hoc est corpus meum, & nū
enunciatio sit figurata, nihil facit ista ex ver-
bis Institutionis contexta argumentatio, quū
diuersæ sint quæstiones ~~de~~ rē p̄nt̄ & de mo-
do prædicationis.

Beza.

Quasi verò quæstiones diuersæ tamen esse
connexæ non possint: & ita quidem ut vna
tanquam consequens ab antecedente penitus
pendeat. Quid autem magis connexum esse
possit ad aliquid actu constituendum, quam
materia & forma? Materiam esse negare non
potes id quod dicit enuntiatio. Huius forma
si non est prædicationis modus ad cōstituen-
dam sermonis tanquam ὄντος vel μὴ ὄντος, &
ἀληθῆς aut ψευδομήπικης διάνοιας, doce nos idcirco
non loqui, vt intelligamur, siue propriè siue
figuratè loquamur.

Hof-

Hofmannus.

fol. 27, a. Sciendum est quod hæc ratio que
est prædicationum, vana sit ad negandum πτώ
in præmissis verbis Christi, quum impro-
pria prædicatio non raro τὸ πτών verborum
admittat.

Beza.

Satis id quidem pro imperio. Sed quis hoc
tibi concedet?

Hofmannus.

fol. 27, b. Argumentum tertium non va-
let à remotione regularis propositionis ad
positionem figuratę, non constante sufficien-
tia enumerationis.

Beza.

Barbare & obscurè loqueris, & ambiguū est
istud Regulare, quod si ad modum prædica-
tionis referas, comperiemus rei sacramen-
tariz vſitatiorem & expressiorem esse figu-
ratum illum sermonem quam proprium.
Cæterum hoc te puto voluisse significare, nō
consequi figuratę dici, quicquid propriè non
dicitur, quoniam quedam dicantur impropriè
quaꝝ tamen figuratę non dicantur: id est quaꝝ-
dam impropriè dicantur, cuius tamen oratio-
nis partes omnes propria significatione acci-
piantur. Denique tria vis esse verarum enun-
tiationum genera, ac proinde excluso uno, al-
terum non ponī, nisi tertium quoque tolla-
tur. Cedd̄ igitur, quodnam est istud tam diu-
celatum arcanum? Hactenus enim piaculum
fuit τὸ πτών vlla vel leuissima sermonis impro-
prietate contaminare.

fo.27.b. Est tertium quoddam genus enunciationū in sacris literis, quod nihil minus est quam regulare, nec tropum quo mutetur propria significatio in illa dictione admittit: quod singularē & inusitatum vocatur. Hoc probo hac propositione, quæ nec regularis est nec figurata, Deus est Homo. Hæc non est regularis, quia non conuenit ex quinque prædicabilibus: nec potest citra hæresin dici figurata seu Tropica. Pone enim tropum in subiecto, & negabitur Christus verus Deus. Finge in predicato, & non erit verus Homo. Da in copula, & subiectum & prædicatum ea ratione inficies. Quum igitur nec regularis nec usitata sit illa enunciatio, & vera tamen, necessariò tertium quoddam genus constituendum est, quod D. Philippus inusitatum appellauit.

Beza.

Immò stare hæc tua trimembris enunciationū partitio nullo modo potest: quod melius apparebit, audita istius inusitatæ prædicationis definitione abs te tradita.

Hofmannus.

fol.34.b. Inusitata prædicatio est quæ disparata per mysticum, & nec regulari nec figurato conuenientem modum, unita sacro sermone de se inuicem verè prædicat.

Beza.

Membra divisionis oportet esse opposita eodemque modo accipi. Atqui regulare & inusitatum opponi eodem sensu non potest. Figuratum enim necessariò ad voces pertinet, itidem-

itidemque regulare, si vis illud opponi figurato. Itaque sic distinguendæ fuerant enuntiationes: in proprias, quæ & regularet fuerint: & figuratas, quæ & irregulares fuerint, id est in eas quarum voces significationē suam nativam retinēt, ut quum dico, *Homo est animal*: & in figuratas, id est quæ verbis aliquo tropo in significationem diuersam à propria translati concepta sit, ut si dicam, *Homo est homini lupus*. At tu inusitatam manifeste non in verbis, sed in re consideras. Sic enim eam appellas, in qua res sunt eiusmodi, ut secundū naturæ rationem vera esse non possit. Quid igitur hac divisione ineptius? Nam secundum voces hac potius (ut modò dixi) utendum fuit partitione, Omnis enunciatio vel est propria vel figurata. Secundum res verò, Omnis enunciatio est aut regularis & visitata, id est quæ ad aliquem ex quinque prædicabilibus modum reducitur: vel irregularis & inusitata. Præterea, quomodo stabit hæc divisione cum eo quod tam sæpe in hac disputatione incilcas, nempe & hanc enuntiationem *Deus est Homo*, & ista, *Hic panis est corpus meum*, & *Hoc vinum est sanguis meu*, esse proprias, quod singulæ carum voces τὸ πῦρον sint accipiendæ, & tamen impropiū esse istarum attributionū modū? Nā si hoc valet, nullis erit tertio isti tuo generi locus, sed subdivisione opus fuerit, hoc videlicet modo, quū negare nō possis figuratas sub impropiis cōprehēdi. Omnis enunciatio aut propria est aut impropria. Impropria verò vel est figurata vel inusitata: quas sic de-

finies, ut propria sit in qua quod ad voces attinet, propria significatio seruetur: & quæ quod ad rem ipsam attinet, ad aliquem ex quinque prædicabilibus modū referatur: Impropria ve-
rò vel ea cuius $\tau\delta\ \rho\pi\tau\delta\tau$ sit figuratum, quāuis ad aliquem ex quinque prædicabilibus modum referatur: vel ea quæ $\tau\delta\ \rho\pi\tau\delta\tau$ seruato, ad nullum ex prædicabilibus modum reducatur, sed sit extra ordinem naturæ vera, ideoque sit irregu-
laris. Quod si hæc tria membra velis, sicut factum oportuit, simili modo de ipsis tantum vocibus accipi, nō modò falsum erit improprium esse modum attributionis in qua tamē tibi $\tau\delta\ \rho\pi\tau\delta\tau$ seruetur, sed etiam coincident mé-
bra duo cum tertio. Nam & propriæ & figu-
ratæ multæ sunt enuntiationes tum vñstatæ,
videlicet communi sermonis vñsu approbatæ:
& quædam contrà inusitatæ & antea inaudi-
tæ, quæ vel vt $\ddot{\alpha}\kappa\mu\pi\alpha$ & infeliciter excogitatæ
reprehenduntur, vel vt dextrè excogitatæ lau-
dantur. Vides igitur, Hofmâne, veram & per-
fectam esse diuisionem qua sum vñlus $\omega\epsilon\iota\tau\ \rho\pi\tau\delta\tau$
differens, nempe, enunciationem omnē quod
ad voces ipsas ex quibus componuntur atti-
net, vel propriam vel impropriam, id est figu-
ratam esse oportere: nec illius longè maximi-
& nunquā satis laudati Viri D. Philippi, cuius
authoritate quum libet abutimini, hanc fui-
se sententiā, vt hæc tria genera inter se tanquā
 $\alpha\pi\pi\delta\mu\pi\pi\mu\pi\alpha$ opponeret: sed ipsum regulares,
habito rerum ipsarum respectu, sive pro-
priis, sive figuratis vocibus expressas, oppo-
suisse irregularibus, quas inusitatas vocat, vt
pote

pote quæ non nisi extra communes nature leges, veræ esse possint. Iam verò quod ad hanc Propositionem abs te pro exemplo desumptam attinet, nempe *Deus est Homo*, propriā illam modis omnibus esse, id est & *καὶ τὸ πνεῦμα*, & *καὶ τὴν ἀριθμοῦ*, defendit Thomas, orthodoxus & solidissimus in hoc argumento disputator, parte summæ 3, quæst. 16, art. 1. Tropicum tamē esse *τὸ πνεῦμα* vniuersum, & ad regularem modum reuocari posse, ostendit illa eruditissima Cōmonefactio Neapoli Nemetum anno superiore edita. Ego de huius enunciatio-
nis veritate nihil ambigens, quid de ipsius vel proprio vel figurato loquendi genere mihi vi-
deatur, dicere hoc loco & tempore non con-
stitui. Tantum dico, falsum esse quod ait, nem-
pe quod hæc enuntiatio, *Deus est Homo*, non
possit citra hæresin esse Tropica. Quid enim
obstat quo minus vera sit, & tamen figuratè
enunciata? Imo, inquis, si tropus ponatur in subie-
cto non erit verus Deus: si in prædicato, non erit ve-
rus Homo. Scilicet. Quid enim obstat quo mi-
nus verus Deus sit, & dicatur, nomine tamen
Dei, quod propriè essentiam Diuinam abso-
lutè significat, non sine aliqua tropi specie ad
hypostasin Filij accommodata: & cum aliqua
etiam Syneccodches specie usurpata pro Filio
Dei non distinctè in sua Diuina Essentia co-
siderato, sed ut incarnato? itidemque quid
prohibet Hominis appellationem, quæ pro-
priè naturam humanam in concreto vniuer-
saliter consideratam declarat, ad individuum
illud, non absque tropi alicuius specie, redigi,

quod Filij persona hypostaticè assumpsit? Quid si etiā dixerim Verbum & Hominem illum non esse disparata, quod ad subsistentiam attinet: quum homo ille nō in sese, sed in Verbo subsistat: & hac ratione prorsus regularem esse hanc enunciationem, individui videlicet de seipso, quamvis nullum tale *ὑποστάτης* extet in rerum natura? Quid? an non tam propriè sit, ac proinde propriè quoque dici potest factum, quod extraordinario & *ὑπερφυσικῷ* diuina sua virtute vel semel facit aut fecit Deus, quām quod ordinaria & visitata ratione fieri videmus: quum unus & idem Deus & natura-
liter & *ὑπερφυσικῶς*, imo etiam *αὐπερφυσικῶς* quic-
quid ipsi visum est operetur? Ut ad tē redeā,
cuerso tuo illo inusitato enunciationum ge-
nere, vt tu quidem illud inuehere in illam
enunciationum diuisionem voluisti: & stabi-
lita mea *διχοτομία*, manet firmissimum meum
dilemma, nempe quum disparata sint panis
& corpus Christi, ac proinde propriè, id est
propria seruata vocum significatione, panis
verè esse vel dici corpus Christi non possit, &
verum tamen esse oporteat quod Christus di-
xit, consequi panem figuratè dici corpus. Ita-
que nisi tibi gratificari vellem, minimè labo-
rarem de iis quæ subiicis, vt quæ D. Philippus
de solis illis inusitatis enuntiationibus de Filio
Dei dixit, ad sacramentales quoque ostendas
pertinere. Placet igitur in hanc quoque tuæ
responsible partem inquirere, sic tamen vt
cætera quæ in Bremenses Theologos, viru-
lenter profectò & maledicè, scribas, præter-
mittam.

mittam. Quorsum enim illos cuiusquam, ne-
dum meo patrocinio existimauerim indige-
re? Agedum igitur, ponamus illud tertium ge-
nus inusitatarū de Filio Dei incarnato enū-
tiationum, quorsum istud ad sacramentales
de quibus agimus enunciationes?

Hofmannus.

fol. 28,a. Probabo has etiam esse inus-
tatas per sufficientem remotionem.

Beza.

Id est, te ipsum refelles, qui dixisti hoc enū-
tiationis genus Singulare à veteribus dictum
fuisse, quod D. Philippus inusitatum vocavit.
Ego de vocabulis non temerè contenderim,
& illud sanè vetus isti nouo prætulerim. Sed
auctorem saltem illius veteris appellationis
aliquem proferre te oportuit. Vt cunque verò
se se res habeat, si Singulare istud est enuntia-
tionum genus, quinam istud applicaris tum
Hypostaticæ tum Sacramentali coniunctio-
ni, quæ duæ res non specie sed toto genere
differunt? Refertur enim hæc ad Relationis,
illa ad Substantiæ Categoriam, si modò ad
ullam Categoriam Deus reuocari potest. Sed
audiamus tamen quomodo istud probes, id-
est, te ipsum coarguas.

Hofmannus.

Hæc enunciatio Hoc (id est hic panis) est
corpus meum, non est regularis, siquidem di-
sparata propriè de se dici non possunt, vt ait
Beza, & nos ei ad stipulamur.

Beza.

Ludis in Regularis appellationis homony-

mia, quæ modò ad τὸ πνεῦμα, vt eadem sit regulariter & propriè dicta, modò ad στάροις refertur, vt sensu regulare sit, quod tamen sit figuratè dictum. Itaque quum dixi dis-
parata propriè de se prædicari non posse, regularem prædicationem στάροις non exclu-
si, id est quæ ad aliquem modum ex prædica-
bilibus referatur. Itaque propriè non dici, sed
figuratè, & regularem tamen esse στάροις inter-
se non pugnant. Quod si roges ad quem pro-
prium attributionis modum illas figuratè
conceptas enuntiationes censem referen-
das, respondebo ad accidentales relatiuas: nō
quod corpus sit accidens, sed quia hoc accedit
pani, ex voluntate Filij Dei nobiscum ita paci-
scentis, vt panis ille alioqui pascendis corpo-
ribus in hac vita destinatus, fiat sacramentum
corporis Christi, usque adeò verè nostræ mē-
ti significandum, & per fidem spiritualiter ad
vitam æternam in nobis obsignādum, vt pro-
pterea figurata loquutione significantissima
panis ille dicatur esse res ipsa cuius est sacra-
mentum. Quorsum autem istud ad tuum il-
lud inusitatum, saluo manente τῷ πνεύμα, quod
ego sublata vocum propria significatione tol-
li asseuero? En quomodo mihi assentiaris,
nempe vt rectum cum obliquo consentit.
Quid amplius?

Hofmannus.

Deinde hæc enunciatio non est Tropica,
quia τῷ πνεῦμα seruat in singulis partibus, quod
tropico generi nequaquam competit.

Beza.

Beza.

Petis principium. Iam enim quod aduersus copulæ Metonymicum tropum dixisti , aliquoties refutaui, & tu ipse fateris aliquid tropi inesse in copula, fol. 64, a.

Hofmannus.

Secundo, Tropica non est, quia non potest reduci ad regularem & magis propriam , id quod in figuratis nunquam non succedit.

Beza.

Imò ipsa figurata est regularis, si diabolus spectes. Et ad propriam quoque tum verbis tum ipsa sententia reduci , antea prolatis ex ipso Dei verbo exemplis probauis,

Hofmannus.

Accedit D. Philippi authoritas.

Beza.

Quum tute agnoscas maximum illum vi-
rum quem hodie ingrati discipuli tanquam
pilam versatis, ad nostram quam vocas Meto-
nymiam accessisse fol. 36, a. quo pudore, quæ-
so, conaris illum, arrepto illo inusitato enun-
tiationis modo non ex Theologicis, sed ex
Logicis illius scriptis, in partes tuas per trahe-
re ? Denique quum sit illud maximum inter
hypostaticam vnitatem, & sacramentalem
signorum & rerum significatarum coniunc-
tionem discrimen, quod illa vera sit ~~ad~~ ~~vno-~~
~~sunt~~, ista vero tota ~~co~~, nihil in ipsa signoru
essentia, sed duntaxat in usu, neque illorum
sed nostri duntaxat respectu, immutans : quid
vobis in mentem venit, vt rerum toto genere
diuersarum enuntiationes ad eundem predi-

cationis modum referatis? Quòd verò à sco-
po aberrans vt me cum D. Philippi veris di-
scipulis committas, adiicis enuntiationes il-
las, Deus est homo, Verbum cáró factum est,
mihi non videri veras per Communicationē
id tūcātōv, quum nec Dei vt Hominis nomen
sit *id tūcātōs onuātōv*, verè dicis: sed ità vt
agnoscam meipsum *āxīpōs* usurpare *zōia* no-
men, quum neque in Dei nomine *zōia* abso-
lutè, sed persona Verbi significetur, neque Ho-
mo vel Caro vniuersaliter sumatur, sed pro-
indiuiduo, & quidem non in sece, sed in assu-
mente Verbo subsistente. Denique scito me
in hoc toto mysterio à D. Philippo beatissime
& nunquam apud verè pios interituræ me-
moriæ viro, id est ab ipsa veritate, ne tantillū
quidem dissidere, etiam si eandem per or-
mianæque explicationem neque methodum
adhibeam.

SECVNDVM ARGVMENTUM Bezæ.

In omni propria & regulari attributione
vel Genus, vel Differentia, vel Proprium vel
Accidens dicitur de Specie vel de Individuo.

At Corpus Christi neque genus, neque dif-
ferentia, neque proprium, neque accidens
neque species est, panis respectu.

De pane igitur dici nullo proprio modo
potest. Dicitur tamen, & quidem verè, quum
á Christo dicatur: Ergo figuratè.

Hofmannus.

fol.39,b. Assentimur hanc orationem, pa-
nis

nis est corpus Christi , non esse Regularem
nec propriam.

Beza.

Tollis ergo ~~τὸ πνεῦμα~~. Quid enim est aliud
oratio impropria , quām cuius partes omnes,
vel cuius partium aliqua , significationem
mutat?

Hofmannus.

fol.39.b. Non valet etiam consequentia,
quum in enumeratione specierum omittatur
tertia necessariò addenda,nempe Inusitata, &
assumatur illa , quæ definitioni non possit
applicari.

Beza.

Inusitatam tuam refutaui : figuratam au-
tem, & quidem Metonymicam satis supérque
à me probatam arbitror.

Hofmannus.

Nullo tropo efficies ut corpus Christi sit
idem quod panis , vel genus , vel differentia,
vēl proprium , vel accidens panis , vel species
eius , ut indiuidui. Itaque ista propositio non
potest reduci ad aliquem modum regulariū.

Beza.

Quis verò ita insanit , ut velit irregulares
enunciationes ad regulares , vel figuratas ad
proprias , per ipsum tropum reuocare ? Sed
tropicas ad proprias simul atque regulares,
interpretatione tropi reduci anteà affirmavi ,
& ex ipso Dei verbo ostendi. Postremò , siue
ad voces per se consideratas , siue ad comple-
xum illarum , id est ad prædicationis modum ,
siue ad rem ipsam & diuinorum istud epitheton

in usitatarum propositionum sacramentalium
referas: vide quām verē & quām prudenter
istud facias, quum ex verbo Dei & communi
loquendi vsu, in iis etiam pactis vel iudiciis
quæ inter homines exercentur, figuratus iste
sermo multō visitatior, & εὐφαπτιώτερος me-
ritō habeatur? qua de re pluribus suo loco
differemus.

TERTIVM ARGVMENTUM
Bezae.

Si de hoc pane propriè & regulariter dici-
tur corpus Christi, quæ conueniunt corpori,
conueniunt pani & contra.

Atqui nasci ex virgine, esurire, mori, pro no-
bis crucifigi, resurgere &c. conuenit corpori
Christi, panis erò minimè. Et cōtrà, seri, meti,
triturari, pinsi, coqui, conueniunt quidem pa-
ni, corpori autem nullo modo.

Ergo regulari & visitato (sive proprio)
modo, panis dici non potest esse Christi
corpus.

Hofmannus.

fol. 4, a. & b. Regularis forma prædica-
tionis nūquam fuit à nostratisbus Christi ver-
bis adstricta, ut vanum fuerit hac in re doctissimi
hominis studium.

Beza.

Sive docti sive doctissimi appellationem,
tibi, deinceps ob doctissimi scilicet Bezae op-
pugnationem clarissimo futuro Doctori, to-
tam relinqu. Si serio sic loqueris, falleris: qui
tamen aliis cautum studes, ne à me fallantur:

Six

Sin *ēp̄w̄nōs*, tu quidem *ēp̄w̄* esto, ne ridendo
quidem doctus verum dicere. Tu vis in sum-
ma propriam esse loquutionem, id est *to p̄ntōv*
in his de quibus agimus enuntiationibus fer-
uari, sed improprium esse attributionis mo-
dum, id est, ut vos nunc tandem loquimini,
inositatum. Ego *āē'sam* hæc esse iam aliquo-
ties dixi, & nūc rursum inculco: quoniam cer-
tissimum illud sit, proprium dici totum, cuius
omnes partes propriè intelligantur: & econ-
trariò impropriè dici totum, cuius vel *vnica*
particula impropriè accipiatur, etiam si quod
figurate & verè dicitur, sit *d̄ta v̄d̄* proprium &
regulare. Sed audi aliquid amplius. Si scripta
D. Lutheri sine exceptione admittis pro fidei
regula, ecce tibi illius verba in lib. de captiuit.
Babylonica. *Crede firmiter non modò corpus Chri-*
sti esse in pane sed panem esse corpus Christi, quod
ego quidem non video quomodo siue cum
tuo illo improprio attributionis modo, siue
cum tribus illis quæ mundum nunc totum,
vobis auctoribus, versant monosyllabis, In,
Cum, vel Sub conueniat.

Hofmannus.

Alicubi, fateor, nostrates admittunt conse-
quēs Bezae, rectè videlicet dici panem pro no-
bis crucifixum, corpus Christi pinsi, coqui,
sed interpretatione addita, sicut & Caluinia-
ni quod in Patribus tales loquutiones repe-
riantur, sensum illis suum aptant, & ita tales
phrases tolerant.

Beza.

Ego verò nusquam memini apud yllos alios

quām vestrates quosdā tam absurdas & blasphemias loquutiones legere. Quorsum enim pani applicetur crucifixio, quum nondum crucifixum esset corpus, quum panis dicetur corpus? & quorsum istud pinsi & coqui de pane Cœnæ Domini, quum antea fuerit pistus & coctus quām fieret corporis Christi sacramentum? En igitur quō vos adigat falsa illa sacramentalis coniunctionis definitio. Deinde, queso, cur illam vestratum interpretationem retices? nempe quia si tales formulæ loquendi essent admittendæ, necessariò ea ipsa Metonymia reciprocata essent explicandæ, quam vos tam pertinaciter repudiatis: qua videlicet rei significatæ tribuitur, quod est s igni, ut questione 82. in illo meo scripto exposui. Sic dicitur corpus Christi creari, cadere in terram, consumi, videri, tangi, palpari, in os intrare, comedì, quæ voces admittuntur, non ~~et r~~ ^{et} pñtror, (quod vos absurdissimè sentitis) sed ut figuratæ & sacramentales, & efficacitati Diuinæ promissionis significandæ accommodatissimæ. Quorsum autem ista ad illas vestratum phrasæ? Quæro igitur à te, an hoc in illis approbes.

Hofmannus.

Imò ad quid conductit ita loqui, aut quæ necessitas vt locutionibus talibus vrgendis disputandi materia angeatur?

Beza.

Rectè & ingenuè facis quod à vestratibus hac in re dissentias. Nec tamen officio veri in Ecclesia Doctoris ita hic fungeris, vti decuit.

Nec

Nec enim ista duntaxat reprehendenda fuerunt ut inutilia, & preuentia rixandi materia, sed ut falsa, itopia, blasphema. Quid autem hic facias Ubiquitariis, qui à momento incarnationis aperte & summa impudentia conténdunt corpus Christi omnibus rebus etiam subsistentialiter re ipsa inesse? Verba illorū antesignani hac de re paulò ante apposui. Quinam verò & quibus distinctionibus corpus quod subsistentialiter inest tritico dum seritur, metitur, sub pistrino versatur, & pani dū pinsitur & coquitur ab ipsis per pessimis, quantumvis Omnia maiestaticū liberaris? Sed audi aliquid amplius. Quid si tibi vestrates illi D. Lutheri expressas ac disertas voces obiecerint. Sic enim ille totidem verbis in Confessione Maiore. *Quod pani sit, id ipsum VERE & PROPRIE corpori Christi tribuitur propter sacramentalem coniunctionem.* Ergo, inquires, non ipsi Corpori in se, sed sacramentalis coniunctionis respectu. At non igitur proprie, sed figuratè & ~~re~~ anno. Itaque Tropicus & Caluinianus eaudet ipse D. Lutherus. Quid amplius? Laudat idem Nicolaum Papā ut verè Christianum, qui Berengarium coegerit confiteri verum Christi corpus, non tantum sacramento, sed sensualiter dentibus suumentium atteri. An hoc autem minus quidpiam est, quam pistrini mola in formam redigi, pinsi in mactra, & coqui in clibano? Sed ista scilicet apud vos leuicula sunt, aut etiam Christianę fiduci apices. Soli Caluiniani ne audiendi quidem sunt, sed Iudeis & Mahume-

tanis ipsis execrabiliores. Videt & audit hæc
Dominus, Hofmanne, & suo tempore nisi ca-
ueritis, requiret. Sed veniamus ad rem. Negas
an concedis articuli mei fundamentum?

Hofmannus. fol. 42.

Nego. Nam hæc regula, Quicquid est præ-
dicatum prædicati, est etiam prædicatum sub-
iecti, non caret omni exceptione. Primum igi-
tur hæc valere debet ille Canon, Mutato ge-
nere prædicationis in præmissis, non emergit
consequētia. Quod igitur de regularibus præ-
dicationibus dicitur, non est accommodan-
dum ad inusitatas prædicationes.

Beza.

At ego suprà ostendi inane esse istud re-
center à vobis extructum latibulum inusita-
tarum prædicationum, quas etiam si tibi con-
cederem, dico vniuersum Christianismum à
te subuerti, nisi illa ipsa Regula posita, Prædi-
cati prædicatum necessario tribuitur subie-
cto. Sumamus enim hanc ipsam merè inusita-
tam quod ad rem ipsam attinet, enunciatio-
nem, & cui nulla est in cota rerum vniuersitate
similis, Deus (nempe Verbi persona) est Ho-
mo, personaliter videlicet, saluis nimirum &
propriis manētibus singulis naturis & earum
proprietatibus. Si appellationem hominis ad
solam hominis partium integralium substan-
tiā exclusis earum tum attributis tum etiam
accidentibus, & naturaliter insitis & aduenti-
tiis, restrinxeris, quomodo verū erit Filium
Dei nobis similem esse factum, fratrem no-
strum esse, Emanuelem & Seruatorem nostrū
ess?

esse? Quia igitur Filius Dei est factus homo, ideo illi tribuitur in carne, Conceptio, Nativitas in tempore, Circumscrip^tio, localitas, animalis vita, mortalitas denique verè & personaliter, aduersus Nestorium. Hæc autem omnia sunt illius prædicati (Hominis vide-licet) prædicata, quæ Filio Dei personaliter ex prædicationis necessitate tribuuntur: quamuis, quod ad perdurationem attrinet, essentialia quidem attributa perpetua in ipso permaneant, sine quibus homo non esset homo: alia verò non modò penitus aduentitia ut mortalitas, & infirmitates omnes per peccatum inuectæ, & ad tempus à Filio Dei assumptæ, sed etiam animalem vitam cōsequeates, post resurrectionem in eo desierint, qui venit ut nos in meliorem etiam vitā nempe spiritualem adduceret. Imò nisi nobis de contrario priuilegio, exemptione videlicet ab omni peccato, constaret tum ex scopo & fine aduentus ipsius, tum ex Dei verbo expresso: qua ratione valet in nobis hæc Conclusio, Homines sumus, ergo peccatores (quū tamen peccatum sit naturæ hominis & quidem aduentitium) eadem prorsus in Filij Dei persona valeret.

Et vicissim, nisi huic homini tribuas, personalis vnitio[n]is habita ratione, tum ipsam & cetera, tum eius attributa (hic enim cessant accidentia, immò attributa nostri tantum respectu ab ipsa Dei essentia distinguuntur) neque mysterium constabit, neque ipsius perfectionum vis vlla satisfactoria, ne-

que effectus vllus aut verbi aut sacramentorum extiterit. En Hofmanne, quousque vos vestrum illud ~~ad pntum~~, abducit. Ut autem planius etiam omnes agnoscant quid ex illa huius Regulae certissimae necessitate denegata consequatur, expendamus etiam quousque te ista inficiatio prouehat. Descensus & ascensus sunt merè ~~ovulacionis christi~~, & si localem circumscriptionem adiungas corporeis rebus sine crassioribus sine subtilioribus propria. Tribuitur tamen Spiritui sancto à Deo ipso Iohannem compellante, quum inquit, *Super quem videris spiritum sanctum descendenter.* Verum est ergo, in hac enuntiatione mystica & symbolica (quales sunt, quas subinuisitarum specie comprehendis) nēpe, *Columba erat spiritus sanctus*, vel *Spiritus Sanctus erat columba* prædicata prædicati & quidem merè ~~ovulacionis christi~~ subiecto attribui.

Hofmannus.

Finis est diuersus inter istud de Columba & Cœnæ institutionem. Non columba visibilis ordinata erat ut Spiritus sanctus natura Inuisibilis videretur columbae specie, iuxta oraculum, quod à mittente Deo Iohannes audierat. Panis autem Cœnæ ordinatus est ut cum ipso detur, accipiatur & comedatur corpus Christi.

Beza.

Si in ista tua liberet inquirere, ostenderem Hofmannne, tē in fine præcipuo istius historiæ prorsus hallucinari. Nec enim proprièt videretur inuisibilis Spiritus sanctus, sed vt agno-

agnosceretur Christus, & quis vel qualis es-
set, exhibita fuit hęc columba Iohanni Bapti-
stae. Sed quid istud ad rem? Descensus qui est
prædicatiū prædicati, nēpe Columbæ, tribui-
tur subiecto siue rei per eā significatæ, nempe
Spiritui sancto. Stat ergo firma hęc Regula,
nempe prædicatum quoque prædicati attri-
bui subiecto, nēque sacramentales quas inusit-
atas vocas enunciationes excipi. Itaque si va-
lere istud non vis in enunciationibus de Cœ-
na Domini, iam statues exceptiones exce-
ptionum, & quis erit tandem istarum tergi-
uersationum finis? puderet enim me refutare
quæ tu postea subiicis.

Hofmannus.

fol. 43.b. & 44. Extra præscriptum verbi
Dei non sunt plura congerenda. Non dicit
Scriptura quòd panis pro nobis sit crucifi-
xus, vel crucifigatur, vel quòd ad hoc sit ordi-
natus in Cœna. Nec corpus Christi ad seren-
dum, metendum &c.

Beza.

Hinc igitur concludis, prædicata corporis
& sanguinis non esse tribuenda panī & vino,
sed duntaxat esum & potum, quoniam hęc
sola in institutione Cœnæ traduntur. Atqui
saltē fractionē te adiicere oportuit ex Pau-
li verbis. Verūm, quocunque te vertas, eadem
est parium ratio. Et quod adiicis de hodier-
nis Marichæis id est Flaccianis, quos tibi reli-
gio est nominare, hac ut aīs regula abutenti-
bus, vt peccatum concludant esse Hominis
formam: ubi ad modum & formam redegeris

f. iij.

eorum argumentum, tunc inter nos dispicie-
mus, vtrī sīnt magis ridiculi, an qui tam impe-
ritē argumentantur, an qui patiuntur sibi istis
nugis illudi. Quod etiam negas reciprocatio-
ni locum esse sine distinctione in illa enun-
tiatione, *Deus est Homo*, quoniā ubi ad abstra-
cta ventum est similitudo claudicet, vide ne-
tu prorsus ἀκύρως loquaris. Nam quòd non
liceat dicere, *Deitas est Humanitas*, veris-
sum est: & vtinam hoc ex te saltem Vbi-
quitarij discerent, quos tu tantopere offendere
vereris. Sed quid hoc ad rem? Sunt enim
Concreta & Abstracta usque ad eō ratione &
significandi modo dissimilia, ut quām ortho-
doxum est dicere Deum, id est Verbum esse
hominem, & hominem illum esse Deum, seu
Verbum in quo subsistit: tam sit falsum, im-
piūm, blasphemum, dicere Deitatem esse hu-
manitatem, aut contrā. Quid mirum est igitur
de dissimilibus non esse similiter loquēdū?
Deinde an oblitus es me hīc non agere de ter-
minorum simplici reciprocatione, sed prædi-
catorum prædicati mutua attributione, quam
tu negas, ego, $\tau\delta\ \pi\eta\tau\delta$ seruato, necessariō sequi
ostendo? Immō quod tu de hac enunciatione
abstractis vocibus concepta profers, manife-
stè contra te facit. Cur enim neque Humani-
tatis prædicata de Deitate, neque Deitatis de
humanitate dici possunt: quod manifestam
Vbiquitariorum blasphemiam arguit? Nem-
pe quia falsa est vel Deitatis de humanitate,
vel humanitatis de Deitate prædicatio. Ergo
si vera hæc esset enuntiatio, & illa esset vers:
ynde

vnde efficitur , quia vcræ sunt istæ , *Deus est Homo*, & *Homo est Deus*, verè quoque Homini-
nis de Deo, & Dei de homine prædicata dici,
ea quidem ratione , qua Deus est Homo , &
Homo Deus, personali videlicet vnione. Ita-
que firmissima quoque est qua vtor, consecu-
tio , ut qua ratione vera est hæc enunciatio.
*Hic panis est corpus meum, & Meum corpus est
hic panis,* (ratione videlicet sacramentali) verè
quoque panis prædicata corpori , & corporis
prædicata pani attribuantur , salua manente
vtrinque Christiana fide , & sacramentorum
Veritate atque uilitate. Etrursus qua ratione
enunciations illæ falsæ sunt , nempe ~~in partibus~~
seruato : neutra inter se prædicata vel panis
corpori, vel corporis pani attribui salua veri-
tate possunt.

Hofmannus. fol. 42.

Imò ne in regularibus quidem enunciatio-
nibus, illa regula caret omni exceptione, si
accuratè examinetur. Quum enim in regula-
ribus sæpe prædicatum sit communius subie-
cto, plura de prædicato dici poterunt quam
subiecto congruant.

Beza.

Sapienter Aristoteles ut cætera omnia, nō
simpliciter, sed, addita cautione, regulam illā
sic concepit, Οὐ ταῦ ἔτερον καὶ ἔτερον κατηγορίαι ὡς
καὶ τὸν κατηγοριόν, οὐ καὶ τὸν κατηγοριόν λέγεται,
τοσοῦτα καὶ καὶ τὸν κατηγοριόν ἐπιδίσται. Itaque non
debuisti communius detinere, quod plura ei
attribuantur quam subiecto: sed quod de plu-
ribus dicatur quam subiectum. Neque consi-
f. iiiij.

deratur in applicatione huius Regulæ , sitne
prædicatum cōmunius subiecto, sed an quod
attribuitur prædicato, id est prædicatum præ-
dicati ei attribuatur, quatenus ipsum enuncia-
tionis prædicatum dicitur de subiecto, Sic,
exempli gratia, In hac enuntiatione *Homo est*
~~animal~~, etiam si animal communius est nomine
quam Homo, tamen quicquid de animali di-
citur ea ratione qua dicitur de Hominis sub-
iecto, conueniet etiam Homini, nempe ut sit
substantia corporea, animata, sentiens : nam
hac ipsa ratione dicitur Animal de Homine
ut de subiecto. At si species aliud aliquod
prædicatum de Animali, quod de ipso quidē
dicitur, non tamen quatenus Homini attri-
butur, tum nullus est locus huic regulæ, non
quod patiatur exceptionem , sed quod de iis
demum prædicti prædicatis agat, quæ sunt
os 149' ~~τονειψθε~~. Sic , exempli gratia, hoc ar-
gumentum falsum est, neque ad hanc regulam
pertinet, *Animal est genus, Homo est animal, Er-*
go Homo est genus. Nam in propositione Ge-
nus dicitur de Animali, non ut Animal dicitur
de Hominis subiecto in Assumptione, nempe
ut primum rōnua, sed ut secundum rōnua. Itaque
est ~~ομονοια~~ in Animalis voce. Eadem ratione
falso sic conculseris, *Animal dividitur in ra-*
tionale vel irrationale, nempe ut secundū rōnua.
Homo est animal, nempe ut primum rōnua: Ergo
Homo dividitur in rationale vel irrationale. vel,
Animal est neutrius generis & trisyllabum, Homo
est animal, ergo est neutrius generis & trium syl-
labarum. Nam in propositione accipitur ani-
mal

mal pro vocabulo, in assumptione pro re significata. Vnde etiam consequitur, quum agat Regula de prædicati prædicatis, quæ ipsi attribuuntur $\alpha\sigma\tau\eta\pi\eta\mu\delta\eta$ proinde intelligenda de attributis vniuersaliter, vt si dicam, *Homo est animal*. *Animal est sensus particeps*. Ergo *Homo est sensus particeps*. Nam hoc animalis attributum vniuersaliter de omni animali dicitur: ac proinde de omni homine. Item de attributis singulariter, vt in hoc argumento de quo nunc agimus, quod est expiatorium & proprium, quia propositiones sunt singulares, & sic rectè instruitur in prima figura. *Hic panis est Christi corpus*. *Corpus Christi fuit passum*. Ergo *hic panis est passus*, quo argumento ducimini ad incommodum. Sed sic etiam syllogismo $\Delta\epsilon\mu\pi\eta\varphi$ arguimini in secunda figura, *Corpus Christi fuit passum*. *Hic panis non est passus*. Ergo *hic panis non est corpus Christi*. Et quod dico de hoc passionis prædicto corporis Christi merè accidentalí, de cæteris quoque similibus intelligendum esse constat, ac multò magis de ipsis corporis proprietatibus essentialibus. At si particulariter dicatur prædicatum prædicati, tunc non dicetur $\alpha\sigma\tau\eta\pi\eta\mu\delta\eta$, ideoque falsa fuerit ratiocinatio, quia contrabit ex maiori propositione particulari in prima figura: vt si dicas, *Aliquod animal est quadrupes*: *Omnis Homo est Animal*: Ergo *omnis homo est quadrupes*. Itaque concludo Regulam illam benè explicatam, &, prout sonant Aristotelis verba, benè intellexam, necessariò veram esse, ut pote quæ sit syl-

logismorum affirmantium primæ figuræ , à quibus cæteri omnes pendent , primum fundamentum . Syllogismi verò sunt inutiles nisi semper & sine ulla exceptione concludant : ut nisi hæc regula rectè intellecta , sicut rectè tradita est , semper vera sit , omnem ratiocinationem corruere oporteat . Et hoc quidem , tibi Hofmanne , schola nostra philosophica respondet , quandoquidem nos in hæc logica diuerticula pertraxisti .

*QVAR TVM ARGV-
mentum Bezae.*

Si naturalis est enunciatio , aut idem dicitur de semetipso , aut non idem sed diuersum . At neutrum verum est : Ergo naturalis illa esse non potest . Quid ad istud respondest?

Hofmannus.

fol. 45.b. Concedo , quatenus enunciatio hæc sacramentalis negatur esse naturalis . Quod autem idcirco negatur esse naturalis , ut predicatione euadat figurata , id improbo , & ad superiores rationes te remitto .

Beza.

At ego te , omissis etiam superioribus tuarum vix ~~q̄aivop̄d̄w̄~~ rationum refutationibus , dico te ludere in Naturalis epitheto , quod potuisti & debuisti quū accusatoris partes agas , intelligere à me usurpari pro enuntiatione ~~v̄t̄ n̄ p̄nt̄v̄~~ , id est ut verba propria & naturali sua significatione sonant , accipienda . Hoc , inquam ,

quam, non potuisti nec debuisti ignorare, quia huius argumenti conclusio his verbis concepta est, post absolutam dilemmatis explicacionem. Restat ergo ut neutro modo naturalis siue propria esse possit illa enuntiatio. At tamen naturalem vocas cuius veritas a naturali & ordinaria via & ordine naturae pendeat: quod neminem unquam de Sacramentis sensisse arbitror. Itaque quum naturale siue proprium opposuerim figurato, si naturalem esse hanc enuntiationem mecum negas, qua Hic panis dicitur esse Christi corpus, reum habeo confitentem. Sin minus, Sophistam agis. Disceptatur enim inter nos, sitne seruandum τὸ πνεῦμα in illa enuntiatione an non: id est, sitne propriè a figurata concepta: non autem an quod per illum est intelligendum sit extraordinarium, & a sola virtute φυσικῇ pendeat eius ordinatis effectus. Itaque statum permutas, quum eo de quo queritur derelicto, de eo respondeas, de quo nullus vobis controversiam mouit. Subiicio mox probationes dilemmatis, ac primum quidem duabus rationibus demonstro idem in hac enuntiatione de semetipso non dici. Quid tu ad ista respondes?

Hofmannus.

fol. 45, b. D. Lutherus identicas alicubi vocavit sacramentales enunciations, non tamē visitato scholastico more quem eruditis sequuntur, sed suo quodam more, & κατηχησικῶς, ratione unionis qua duo vel etiam plura siue diuersa, siue distincta, copulantur, & unum esse dicuntur, siue ea sit personalis, siue Sacramen-

talis sit, siue visitata, siue inuisitata, siue essentialis, causalis, vel accidentalis. Sed negata in hoc argumento prædicatio identica, non est ea species quam D. Lutherus afferit.

Benza.

De D. Lutheri *veritatem* ego ne *ypu* quidem. Tibi igitur & tuis (quibus tamen tanto-
pere placet apud vulgus *σωτὴρ* *φα*) istud impu-
tetur, qui proditis quod sepultum semel oportuit. Etenim si liber istas catachreses in dispu-
tationes sacras inuehere, quid saluum supere-
rit? Vix enim ego ac ne vix quidem video qua
non futura sit identica enunciatio, si istud ob-
tineat, quem in omni enunciatione prædica-
tum copulari, & quasi unum fieri cum subiec-
to oporteat de quo dicitur. Imò, si verum est
quod antea ex D. Luthero de Capt. Babylo-
nic. citani, nempe credendū esse firmiter non mo-
dò *corpus Christi* esse in pane, sed panem esse *cor-*
pus Christi, quinam non fuerint *οὐώρουα* pa-
nis & corpus, ac proinde verè & visitato mo-
do identica ista enuntiatio, *Hic panis est cor-*
pus meus? quod tamen ipsi Pontificij ut pro-
fus *advocator* usque adeò negant, & meritò qui-
dem, ut propterea transsubstatiōnem, quasi
necessitate huc eos adigente inuexerint. Tu
igitur ista sanè *enarrās*, prius D. Lutherum
excusans quām mihi in mentē venisset ipsum
accusare, cuius ego, et si hominis, & humana in
his controvērsiis non pauca passi, tamen ut
verè excellentis Diuini organi, memoriam &
verbis & re veneror. Sed ut hæc omittam, hoc
saltem ex his tuis verbis colligo, tibi hīc im-
pruden ti

prudenti excidisse quod res est , ita videlicet tuis verbis dispositis , ut vel aliud esse inusitatas enuntiationes quam sacramentales , vel duplices esse sacramentales , visitatas nempe alias , & alias inusitatas oporteat , quod superiora omnina tua de inusitatis evertit . Cæterum identicam hanc enuntiationem statui non posse , primum ex hoc duplici conexo principio demonstravi , quod videlicet enuntiationis identicæ terminos oporteat esse *οὐαντίκες* , id autem statui de his non possit , nisi prius vel panis fiat idem quod corpus , vel corpus quod panis . Quid hic vero reprehendisti ?

Hofmannus.

Hoc reprehendo , quod falso existimas hanc enuntiationem fore identicam si vel panis in corpus , vel corpus in panem mutaretur , id est hoc facto posse hanc orationem utriusque , panis nimirum & corporis , appellationem recipere : quum tamen aqua in vinum conuerta , non possit dici Aquam esse Vinum , quum aqua desierit , & tantum sit vinum .

Beza.

Imò necessaria est proorsus mea conclusio , quia manentibus disparatis synonymia tollitur , quæ tamen ad identicam enuntiationem absolvitè statuendam imprimis requiritur . Quod autem illa mutatione facta negas tamē futurū ut identica sic euadat enunciatio , quoniam ex duobus alterutrum proorsus tolleretur , nempe vel panis vel corpus : in eo ponis quidem verum , sed falsum colligis . Nam tunc quoque dici posset Hoc est corpus meū ,

at non eo quo prius sensu. Nam antea pronomen Hoc demonstrauerit tunc existentem patrem, id est que non fuerit identica enuntiatio: mutatione verò facta , demonstratit panem non ut adhuc existentem, sed ut qui panis antea fuisset, & hac deinceps ratione identica foret demonstratio, ut si de aqua in vinum mutata loquens architriclinus ille dixisset, hæc aqua est vinum: sicut dicitur Exod. 5, 16, Aaronis virga deuorasse virgas magorum , quum tamen Aaronis quidem virga non amplius esset virga, sed verè mutata in verum serpentinum: pro virgis autem magorum Satā serpentes veros supposuisset , nisi malimus magos vlos fuisse præstigiis : quod loquendi genus non ignoras tum vobis tum nobis à transubstantiatoribus obiici.

Hofmannus.

Sed quorsum hæc ad nos?

Beza.

Si nihil hoc ad vos attinet , aduersum vos dictum non esto : & quorsum communium aduersariorum partes agis? Sed hoc ausim ego dicere, τὸ πῆπτον longius etiam à Consustantiatione quam à Transubstantiatione distare. De altera vero identice propositionis à me allata, siue ad vos pertineat, siue minus, quid ais?

Hofmannus.

fol. 47. Quod ait ex mutua identici enunciati reciprocatione consequi tam verè dici posse corpus Christi esse panem coctū, quam verè diceretur panem esse traditum pro nobis, falsa consecutione abs te dicitur. Nam dari non

ri non potest identica prædicatio per non
synonyma: panis autē coctus, & corpus pro
nobis traditū, suis diuersis notis discernuntur.

Beza.

Quasi verò dixerim posse esse identicum
hoc enunciatum saluis manentibus dispara-
tis, ac non potius identicam esse non posse
affirmem. Primùm, quia oporteret vel panem
in corpus, vel corpus in panem mutari, ac
proinde dici vel panem, non qui adhuc esset
panis, sed qui anteā fuisset panis, esse cœpisse
corpus: vel contrā: quod fuit meum prius ar-
gumentum. Deinde, quoniam, posita termi-
norum mutatione, statuenda esset reciproca-
tio prædicatorum prædicati, quæ tamen ab-
surdissima esset & falsissima. Veram autem es-
se perpetuò hanc regulam, quod prædicatum
prædicati, quatenus prædicatum dicitur *os x̄θ
τονισμός* (quod tu ipse grauiter errans erro-
rem appellas) de subiecto quoque dicatur, &
quidem in Identico enunciato reciprocè, an-
teā demonstravi.

Hofmannus.

Præterea tu ipse hoc refutas postea, vbi
rectè negas diuersi de diuerso prædicationem
esse enunciatum identicum.

Beza.

Quid ergo? an hic aliud dico, quum identi-
cum esse hoc enunciatum nego, ab hoc ipso
absurdo argumentans, quoniam videlicet in-
de consequeretur diuersa prorsus prædicata
de eodem dici & quidem *αντεῖσθαι?* Num ve-
rò in alterius partis dilemmatis remotione,

quod videlicet in hoc enuntiato *Hoc est corpus meum* diuersum à subiecto nihil naturaliter (sive propriè, sive seruato $\tau\delta\pi\tau\delta$) dicatur, reprehendendum putas?

Hofmannus.

Assentior corpus de pane non dici natura-
diter seu propriè, quod hæc attributio neque
sit causális, id est, neque efficientis causæ, ne-
que finis: neque accidentialis.

Beza.

Ergo tollis $\tau\delta\pi\tau\delta$, quod tu vis stabilire. Ni-
hil enim impropiè neque irregulariter dicitur,
quod & verè & seruata propria vocum
totius enuntiati significatione dicatur.

Hofmannus.

fol. 48. Sed si neque est causalis, neque
accidentialis prædicatio, ut tu fateris, falsa est
Metaphora & Metaphorica interpretatio in
vero prædicandi modo sacramentali.

Beza.

An oblitus es quod tu ipse ex meo libro
exscripsisti, nempe me hoc non dicere sim-
pliciter, sed *Sin naturale est illud enuntiatum, Hoc*
est corpus meum. i. si seruatur $\tau\delta\pi\tau\delta$, sive si par-
tes illius enuntiati, ita ut cōcēditis, nēpe sub-
iectum, prædicatum, & copula, propria sua si-
gnificatione intelligantur? Itaque nihil in me
potuit ineptius dici, quām quod tu ex meis
verbis videri vis colligi, quasi simpliciter illud
enuntiatum dixerim, neque essentialiter, ne-
que causaliter, neque accidentaliter intelligi.
Age tamen, audiam quid dicas.

Hofmannus.

Hofmannus.

Si corpus pani non est finis, quomodo panis signum erit ad significandum corpus?

Beza.

Dic potius, Si corpus habet rationē finis ad panē, quomodo regulariter siue ~~in~~ ^{ad} pātē pānis dicetur esse corpus: quum id ad quod refertur aliquid, non possit regulariter siue propriè dici esse id ad quod refertur, quum ista sint duo numero. Sic, inquam, dico, & dixeris quod dixi, non quod à me dictum somnasti: & ne quid hic à me affungi obiicias, hæc mea verba sunt, *Si corpus ut diuersum aliquid REGULARITER de pane diceretur. Num quid amplius?*

Hofmannus.

Si corpus pani non est accidens, quomodo constabit hæc interpretatio, Corpus dici pro figura Corporis? Gestio doceri conciliationem harum repugnantium.

Beza.

At tu ipse tibi monstra fabricas. Dixi accidentalem esse non posse attributionem, si ~~in~~ seruetur, quia corpus nec sit accidens, nec etiam si accidens esset, accidere possit corpori. Atego si figuratè accipiatur hoc enuntiatum, uti accipiendo esse aduersum vos contendeo (id est si copula accipienda est de sacramentali existendi modo, qui metonymice per verbum EST dicitur) non dixi accidentalem non esse enuntiationem. Nam reuera accidentalis erit in Categoria relationis: non quod corpus sit accidens, aut accidat pa-

ni, sed quia huic pani, ex institutione Domini, accidit, ut ex communi pane fiat veri corporis verum sacramentum, siue fiat sacramentaliter Christi corpus. Hoc ego dixi, quod si tandem didiceris, erit de quo meritò gestias. Hinc autem illud etiam disce, vanissimum esse quod tandem concludis, nempe Quū prædicatio sacramentalis ad nullam regularium congruat explicatione Tropica, cā falso tropicam venditari. Falsissimum enim est & antecedens illud, & istud consequens.

QVINTVM ARGVMENTUM Beze.

Si panis ille esset propriè corpus Christi, esset quoque vnitus Filio Dei, ex quo tria ista absurdissima & falsissima consequerentur. Vnum, eandem esse sacramentalem & hypostaticam vniōnem.

Alterum, Christum in hoc sacramento cōstatre tribus naturis hypostaticè vnitis.

Tertiū, euchi panem & vinum in conditionem infinitè meliorem, quam ipsammet Ecclesiam Dei. Sic enim panis fieret propriè ipsummet Christi corpus. At Ecclesia nō nisi figuratè seu mysticè Christi corpus est, nec similis illus sit ipsemet Christus, sed duntaxat Christi particeps.

Hofmannus.

Hæc spicula nos non feriunt. Nego antecedens & consequens. Et simul iudico Beza cum hac collectione execrabilis errorib' implicari.

Beza.

Beza.

At ego mihi videor vestri dogmatis arcem
inuasisse. Inficiatio verò non est argumenti
solutio.

Hofmannus.

Beza explicauit propriè dicta de form
prædicandi regulari & naturali.

Beza.

Dixi propriam esse prædicationem enun-
tiati cuius partes omnes propria significatio-
ne intelliguntur, quo sensu potest etiam na-
turalis & regularis dici illa prædicatio quæ op-
ponitur figuratæ. Sin verò Naturale & Re-
gulare vocas, ipsarum rerum de quibus agitur
respectu, id quod naturæ vi & consueto
vso sit verum, tu mihi affingis, quod nun-
quam ne per somnium quidem cogitavi.

Hofmannus.

Finge nunc propriam, regularem, & natu-
ralem prædicationem in verbis sacræ Cœnæ
(quod tamen à nostra confessione abest
quam longissimè) qua consequentia conse-
quetur panem hypostaticè vniri filio Dei, nisi
hypostaticæ vñonis modum regularem &
naturalem feceris?

Beza.

Immò mi homo, vagaris extra oleas. Nec
enim instituta est disputatio de modo seu ra-
tione qua fiat hypostatica vñio, quæ quod ad
illā in nobis hominibus constituendam attri-
net, naturalis est ac regularis, quoniam Deus

sic naturam humanam ordinavit : in Christi verò persona , quis nesciat eam eminere supra omnem etiam Angelorum captum, & opus Dei omnium maximè admirabile? De hac re , inquam , minimè hīc inter nos queritur , sed de hoc enuntiato Hic panis est corpus meum:sitne propria significatione omnibus suis partibus conceptum, ac proinde, propria prædicatione, an figurata dicatur panis idipsum esse cuius est duntaxat sacramentum. An verò huius attributionis veritas, non tātū posita sit in significatione symbolica, (quæ certè non est naturæ sed paci, in humanis etiam negotiis regularis & vīstati) sed imprimis in rei significatæ , Christi videlicet ipsius, non verità, quæ verè est ingens ac spirituale arcanum:id totum planè ad propositam questionem non pertinet, eo excepto quod vos absurdissimè concludere consuevistis vnā cū pontificiis:nempe Christum ipsum non posse nobis verè communicari, nisi sīstatur etiam in terris ipsius corpus,in, vel sub, vel cum, pane, & corpori sumendum, dentib[us]que sensualiter quoque atterendum inscratur : quod quoties emollire conabimini, toties quæretis inter extrema medium, quod nusquam inuenietis. Desine igitur, mi homo, cohorescere Beza verba audiens, quæ nunquam cogitauit, dixit, aut scripsit, sed disce in disputando discere, qua de re agatur, & quid de quo & in quem dicas. Nemo, inquis, fol 50. b. ausus est regularibus speciebus cōformare vniōnis hypothesis rationem. Rectè id quidem. Neque ita

ita insanimus , vt hoc ausimus vel cogitare.
At ex vestro tam præfractè defenso ~~ad p̄ttm~~,
& reali ipsius substantiæ corporeæ præsentia
& orali manducatione, quām falsa, absurdā,
fundamentis nostræ fidei ac spei ex diametro
repugnantia, concludantur, si non ex pontifi-
cia transsubstantiatione, si non ex ubiquita-
riorum insanīa , quibus videri non vultis af-
fentiri, saltem, quæso, ex principiis ipsis Chri-
stianæ Religionis, tandem , positis præiudi-
ciis, ex nobis ~~xam̄yphōis~~ discite : & eos doce-
te, quorum autoritate ac potentia tamdiu
nimium multi abutuntur. Quoniam autem
video te iudicare de eo quod non percepisti,
id est, vnde hæc mea cōclusio nascatur, quod
videlicet, posita propria illius enunciati præ-
dicatione, siue seruato ~~tōp̄tō~~, consequitur hy-
postaticè vniri corpus pani , ostendam tibi
planius, quod ex argumentorum meorum se-
rie te vltò cognitum credideram. Sic igit
tur egomet tecum, quum illa scriberem , vt
ex argumentorum serie appareat. Si propriè
panis est corpus, ac proinde ipsissimum es-
sentiiale Christi corpus, vt verba ipsa sonant:
primum oportet aut identicam esse enuncia-
tionem, id est vnum & idem dici de semet-
ipso, aut diuersum, regulari aliqua prædica-
tione ex quinque prædicabilibus. Neutrum
autem verum esse argumento quarto demō-
stravi, & tu ipse fassis es D. Lutherum quum
hanc enunciationem vocaret identicam, suo
quodam more sic esse loquitū: quem si igno-
ravimus, vtpote nouum & inusitatum, veniā

faltem in eo meremur, aut veniam potius petere ipsius nomine ab Ecclesia debuisti. Illa verò sublata identica prædicatione, superesse mihi visæ sunt duæ species vnitio[n]is, quæ colorem aliquem inducere ~~no[n] p[ro]pt[er]~~ viderentur, nempe hypostatica & sacramentalis. De hypostatica excludenda hoc argumento egit. De sacramentali verò differui argumento septimo: & sextum idcirco interposui, quod mihi quidem videatur septimum vehementer fulcire. In hac distributione tam gestio intelligere quid tu desyderes, quam tu paulo ante meorum quæ commentabar[is] repugnatium conciliationem.

Hofmannus.

Beza non potest in illo dicto ponere essentiali[m] prædicationem naturalem. Vrget enim vnitio[n]em quæ Christum conflet ex tribus naturis, quum essentialis naturalis vnam naturam constituat, id est Eutychianam, quæ non vnitio[n]em sed unitatem producat,

Beza.

Id est, quæ ubiquitaria sit essentialis, si ingenuè & sincerè loqui voles. Sed quod excurris? Quænam enim est in meo argumen-to prædicationis essentialis naturalis vel levissima mentio? Imò quum disertis verbis dico, si ~~no[n] p[ro]pt[er]~~ ratione hypostaticæ vnitio[n]is valeret (quod quidem mihi videtur remota regulari statui oportere) futurum ut tunc Christus in hoc sacramento conflaretur ex tribus naturis

naturis (puta Deitate , Humanitate & pane)
hypostaticè vnitis , id est , in vnum ὑφισάμφων
conflatis , quam tibi occasionem huius calū-
nię prębāt? Num enim vnum ὑφισάμφων & una
natura tibi vnum & idem sunt?

Hofmannus.

Reliquæ essentiales consequentes nitun-
tur his thesibus tanquam basi: In vniōne per-
sonali alterum esse alterius vel genus vel dif-
ferentiam , vel proprium quarti modi , vel spe-
ciem indiuidui.

Beza.

Fortasse dictum voluisti speciei indiuiduum.
Ego pro meo stupore neque quidnam , ne-
que quorsum hæc dicas intelligo. Vnionem
enim personalem ex his prædicationibus nū-
quam adhuc audiui constitui. Sed quod scri-
psi , verissimè à me scriptum fuisse arbitror:
nempe , si non est prædicatio identica , ne-
que vna ex quinque prædicabilium modis , &
nihilominus propria , id est , secundum τὸ ἄρτον ,
& singularum enunciati partium propriam
significationem intelligenda : id factum vide-
ri , quoniam vnicum ὑφισάμφων constituant
Deitas , humanitas , & panis illis duabus natu-
ris in hoc sacramento adiuncta : cuius vnicī
ὑφισάμφων respectu dicatur verè de toto ὅλως
considerato , quod de singulis naturis καὶ ταῦ-
τας non diceretur , ut hac ratione demonstra-
tiuum pronomē H o c , non panem sed
totum ὑφισάμφων , id est ὅλος ὅλως non καὶ ταῦ-
& distinctè consideratum demonstraret. Hoc
autem quum falsissimum sit & absurdissimum ,

g. iiiij.

Hofmannus.

Non potuit etiam Beza per essentiale
hanc prædicationem intelligere interiorem
copulationem interiorum causarum, nempe
materiæ & formæ, ut in personali vniōne cor-
poris & animæ. Quis enim vñquam somnia-
uit corpus Christi præstare formam pani in
hac vniōne?

Beza.

Et vnde vel subolfacere potuisti tale quic-
quam Bezæ in mentem venisse? Quid igitur,
inquier, hic vocas hypostaticam vniōnem ex
tribus naturis? monstrum quod nusquā fuit,
est aut erit. & tamen extet oportet, si vestrū
illud rōp̄t̄r̄ valcat, quantumuis clamites ser-
uato rōp̄t̄r̄ impropriam esse tamen prædica-
tionem non tamen figuratam, sed inusitatam:
quod figmentum quum abundè suprà refuta-
rim, causa nulla est, cur iis quæ hīc rursū no-
bis reponis, refutādis immorari me oporteat.
Sed age, *Savuáon*, nihil ne amplius hīc miraris?

Hofmannus. fol. 52.

Imò tria præterea in hoc argumento tuo
demiror. Vnum, quomodo tantum tribus
sicut hypostaticæ vniōni, quantum aliàs veræ
denegis. Humanam enim naturam Christi
per vniōnem hypostaticam cōcedis quidem
euectam in conditionem meliorem, sed non
infinitè meliorem, quām Sanctis contingat.

Beza.

Hoc rursū non est soluere argumentum,
sed

sed tergiuersari. Stat enim illud, infinitè præstare esse Christum ipsum (quod vultis seruato rō p̄ntō tribui panī) quām fieri Christi particem, id est, sic ipsi spiritualiter per fidem vñiri, vt vitam æternam inde hauriamus. Sed ad rem accedo. Hominem in Christo in conditionem infinitè meliorem evectum fuisse quām sint ipsi Angeli nunquam sum inficiatus, quantum ad gratiam vñionis attinet, qua homo iste nō in sese, sed in æterno Dei Filiō subsistentiam habet, sicut ἡ θεός ἡ ἀγάθη, vt loquitur Damascenus. Sed quum in vnitione personali saluæ maneant naturæ tam essentiis quām essentialibus proprietatibus distinctæ, ac proinde Humanitas assumpta non euaserit Deitas verbi: sit autem vñica Deitas infinita: consequitur inenarrabili quidem & ipsis etiā Angelis perfectè incomprehensibili gloria exaltatam esse humanitatem Christi peracto infirmitatis ipsius munere: sic tamen vt hæc gloria sit qualitas creata, in sese finita, & infra Deitatem, non tantum ratione rō ἔχει, sed etiā rō σύνδεσις subcidens. Hoc ita esse docet res ipsa, declarat Apostolus, testatus eū excipi qui subiecit ipsi omnia: & patres omnes orthodoxi, declarant, qui Christum non ὅλος, sed distinctè secundum naturas consideratum, scitè & verè dicunt seipso maiorem & minorem esse quod Scholastici non infelicitate excoigitato vocabulo, Gratiam habitualem, vocant: & ab vñionis gratia rectè, vt ab antecedente consequens, distinguunt. Hæc si nescis, qualis es doctor in Ista? Si nosti, & non agnoscis, cur

non apertè transis in ubi quietiorum castra? Nam hoc est illorum impietatis fundatum. Sin nosti & agnoscis, quo iure me in isto reprehendis?

Hofmannus.

Alterum miror, quum ex corporis Christi *κοινωνίᾳ* tantam conditionem sanctis promittas, cur ex *κοινωνίᾳ* quam Filius Dei prestat suo ipius corpori, & vnde corpus illud excellencia sua dona accepit, tantum spondere nolis.

Beza.

Hanc imparitatem constitutus duabus de cassis, quas humanus ipse captus docere debuit. Primum enim ex cassa excellentia par est estimari effectum, ubi in subiecto recipiente nullum est impedimentum. At longe est alia hypostatica *κοινωνία*, siue *τύπος*, cuiusmodi est verbi & carnis assumptæ, quam *κοινωνία* mystica & *εμπρηστικά*, qua non Dij sed Divini euadimus, siue conformes Christo, siue, ut loquitur Petrus, *διας φύσιος κοινωνία*, siue noui duntaxat homines. Hinc igitur illa carnis Christi supra ipsam etiam sanctorum Angelorum, nedum supra omnium sanctorum hominum gloriam prerogativa, verbo nimis, quod arctius illi *καρέσαι* vnitum est, tanto plenius & perfectius eam illustrante. Deinde, quum sit ipse caput, nos autem membra, & fons cuius redundantia nos rigari & perfundi oporteat: quis mirabitur illi vni tribui, quod capitis

est, membra verò illi subordinari, vt docet Allegoria legali Psalm.133 & à corporis naturalis ad mysticum analogia Paulus, Ephe.4. & 1.Corint.12.apertè verò Iohannes, & nullo cum verborum inuolucro, Ioh.1.16?

Hofmannus.

Quum ex vnionis natura concludas, panem fieri propriè ipsummet corpus Christi, abste demonstrari oportet, quomodo, salua orthodoxa sententia de hypostatica vnione, illud consequens valeat.

Beza.

Hac quoque ratione vestrum dogma de retinenda propria omnium huius de quo agimus enunciati partium significatione oppugnauit, quod eo posito consequatur aut esse identicam hanc enunciationem, ex synomymis videlicet conflatam: (quod fieri absque alterius in alterum mutatione essentiali non posse, ac proinde non nisi falso dici posse in superiori argumento asserui) aut panem & vinum citra suæ propriæ substantiæ transmutationem vnum fieri, eo coniunctionis generi, quod, excepta illa commutatione essentiæ, est omnium arctissimum: quo fit videlicet, ut duo *vñiūt̄* *vñiūt̄* vniuantur, id est ad constitutum, saluis & distinctis naturis quæ personaliiter vniuntur, vnicum *vñiūt̄* conueniant. Hac enim ratione quam s̄pe fiat vt de toto *vñiūt̄* verè dicatur, quod tamen singulis naturis per se consideratis non conueniat, possit etiā panis, si corpori vniiri posset hypostaticè, aliquo modo dici propriè & *x̄p̄ m̄ p̄nt̄*, esse illud ipsum quod cum ipso, in vnicū *vñiūt̄*

coaluerit. Hoc si me probare iubes, ostendas velim aliquod aliud arctioris vnitio[n]is genus, quo tuū istud $\tau\delta\pi\tau\delta\nu$ seruari possit. Hanc autē hypostaticam vniōnem panis cum corpore meminisse te oportuit minimè à me proferri tanquam veram, aut verisimilem, sed contrā vt falsam, & prorsus $\alpha\delta\upsilon\pi\alpha\tau\delta\nu$, quæ tamen ex tuo dogmate consequatur, redargui. Obsecro igitur, quid te tandem impulit, vt illam à me probari iuberes?

*SEXTV M ARGV M EN-
tum Beza.*

Si panis ille est propriè corpus Christi & vinum illud propriè sanguis Christi: vt separata sunt illa signa, ita separatum fuerit corpus à sanguine: aut utrumque signum (id est & panis & vinum) erit per se totus Christus. Hoc autem posterius si verum est, non iam seruabitur $\tau\delta\pi\tau\delta\nu$ simpliciter, sed duplex Synecdoche statuetur: siquidem propriè & planè dicendum fuisset, *Hic panis est corpus meum, & sanguis meus: &, Hoc poculum est sanguis meus & corpus meū*. Et quorsum, obsecro, dupli clemente fuisset opus?

Hofmannus. fol. 53.

Falso nobis imputatur huius argumenti consequentia, cuius non ponimus antecedēs: nēpē quod panis propriè, id est regulari predicatione sit corpus Christi.

Beza.

Rursum ludis in Proprij & Regularis homonymijs:

monymia : quæ si pro eodem accipis, priùs fuit tibi probandum, aliquam esse impropriā prædicationem , cuius $\pi\mu\pi\tau\alpha\gamma$ propriè sit in singulis enuntiati terminis accipiendū : id est probandum quod nunquam probaueris, népe curuum esse cuius singulæ partes sunt rectæ. Sin verò regulare appellas quod ad aliquem ex quinque prædicabilibus modum reuocetur, iam antea tibi respondi sacramentales figuratas metonymicas , ad relatiuas accidentales reduci. Rursum igitur nisi illud quidem probaueris, istud verò refutaris, nihil appositiè respondisti. Inusitatum autem illud tuum nihil ad rem facere supra ostendi , siue illud ad formam prædicationis, siue ad res ipsas retuleris: quum & in ipsa Sacramentorum institutio, & eorum v̄su explicando , sit v̄sitatus figuratè loqui, quām $\pi\mu\pi\tau\alpha\gamma$ seruare.

Hofmannus.

Si valeret illa consequentio, quum separata sint signa, separari quoque corpus à sanguine, sequeretur naturaliter fieri in corpore & sanguine quod non aliter fit in pane & vino.

Beza.

Posito vestro principio, id est $\pi\mu\pi\tau\alpha\gamma$ & reali substantiæ signorum & rerum significatarum præsentia, aio quidem ego istud quod dicis necessariò sequi : ideoque vestrum dogma, ex quo res tam falsa necessario sequatur, coarguo. Istius autem aduerbii *Naturaliter* appositione , nunquam veritatem huius consequionis sic obscurabis, vt non apparcat.

Hofmannus.

Istud non tantum non est necessarium, sed etiam non nisi prophanè cogitabitur.

Beza.

Imo necessariò consequeretur: & quia, te teste, prophanū id fuerit vel cogitare, prophanum idcirco dicimus esse dogma illud pone-re ex quo istud necessariò sequatur. Sed quorū sum ista pluribus opus est? Ne tibi à me fieri iniuriā clamites, ecce iterum tibi repono totidem ista D. Lutheri verba ex ipsius confessione maiore, Quod pani fit, id ipsum VĒRE & PROPRIE corpori Christi tribuitur, propter sacramentalem coniunctionem.

Hofmannus.

Separata signa in iacra Cœna agnoscim⁹: corpus autem Christi à sanguine vacuum nō itē.

Beza.

Si quæras quale sit in se se corpus Christi à resurrectione, responderimus verè ad spiritualem vitam resurrexisse, quæ ab animali vita differat discrimine nobis hodie incomprehēsibili. Sufficit enim nobis credere quod manserit & ipsius corpus organicum & sua quantitate circumscriptum.

An igitur sanguinem nunc habeat eundem quem in hac animali vita per venas ex hepatis fonte diffusum, & cætera huiusmodi ad animalē vitam analogā, curiosam & inexplicabili quæstionem esse, vobis etiam, vt opinor, assentiētibus arbitramur: vt qui tam spirituale corpus illi quoties libuit, astringatis, vt etiam localitatem ipsi adimatis, aut simul & locale esse

esse in cœlis, & illocaliter vbi cunq; vult ipsū
adesse doceatis. Cuiusmodi verò tunc esset
quā Cœnā institueret, nēpē verè animali vita
viuens, ac proinde minimē exangue, extra cō-
trouersiā est. Sed tum pontificiæ transubstā-
tiationis, tum vestræ consubstantiationis cō-
mentū, homines ad hæc quærenda cogit, non
quidem curiosos, sed articulorū fidei nostræ
analogiā & conuenientiā ex ipso Dei verbo
æstimantes. Nihil ergo sacramentalis & spiri-
tuæ is ista, licet minimē vana, nostri cū Chri-
sto cōiunctio derogat vel ei animali vitæ qua-
tūc viuebat Christus secundū carnē quā Cœ-
nā institueret: neq; eiulđe nūc spiritualē vitā
vñētis Maiestati & gloriæ quidquā detrahit:
si ueritas & suveritas, vt falsissima commenta
submoucas. Et ita faciēdū esse nō modò car-
nis Christi tū ante tū post resurrectionē veri-
tas, sed etiā ipsa institutionis verba, ipsaq; ad-
eò signa distinctè proposita, & ritus ipsi quo-
que sacramentales demonstrant. Iis enim ver-
bis ista sunt concepta, & sic est disposita tota
hæc actio, vt constet Christū minimē voluisse
in actione ista sacra sese à nobis specialiter cō-
siderari, cuiusmodi erat antequām crucifigeret-
tur, ac multò minus in illa sua gloria ac maie-
state sicut Vbiquitarij somniant: sed ita vt
ipsum fidei oculis, quasi adhuc in cruce effuso
sanguine suo pendentē intueamur, & talem
ipsum nobis ynā cum mortis ipsius beneficio
spiritualiter apprehendamus, & ad vitā æter-
nam applicemus. Huc autem etiā spectare di-
cimus distinctionem signorum, tum in verbis

& promissione, tum in ipsavtrorumque sumptione: Domino sic quoque nobis ob oculos corporis à sanguine, & animæ à corpore separatione sacramentali, veram illam sui pro nobis in ara crucis oblationem repræsentatæ: quod mysterium sublato calicis vſu pontificij penitus aboleuerunt, & vos vestræ essentialis Consubstantiationis figmento, quantum in vobis est, aboletis.

Hofmannus.

Nostri in Apologia à Domino Philippo conscripta, & anno 1530. Imperatori oblata, sic loquuntur, Non sentimus mortuum Christi corpus sumi in sacramento, aut corpus exangue, aut sanguinem sine corpore sumi: sed sentimus integrum & verum Christum adesse in qualibet parte sacramentali. Hoc non poteris impugnare nisi rem totam reuoces ad symbolorum visibilem & physicam rationem.

Beza.

Vobis quidem ut & Pontificiis, posito illo substantialis & realis præsentiafigmēto, fuit ita loquendum, ut absurdum absurdo alio posito effugeretis: neque sic tunc loquutū fuisse D. Philippum miramur. Sed nihil adhuc audio, cur firmum illud non sit, Corporis & sanguinis necessariò ponendam localem distantiā, si nō p̄t̄ seruetur: ac proinde ad sacramentalem Metonymiam esse eādem necessitate recurrēdum, quæ & cum veritate corporis Christi, & sacramentorum cum rebus significatis analogia, & ipso Cœnæ Domini fine & vſu prorsus consentiat. Tantum autem abesse

abesse dicimus, ut qui partem tantum alterā sacramenti percipiāt, totum Christum percipiāt: ut contrā nihil prorsus Christi ab ipso percipiatur, etiam si mille sacræ cœnæ panes voraret, et hoc verum esse ex eo ipso principio colligimus, de quo nulla est inter nos controuersia, nempe extra ipsius legitimam administrationem, panem & vinum non habere sacramentorum rationem. Num autem legitima ipsius administratio censenda est, vbi altera pars ipsius præteritur?

Hofmannus.

Neque nos verò id facimus, sed vtrāque partem præbemus, & tu ipse quæstione 209. idem atque nos de toto Christo fateris.

Beza.

Scimus quidē vos non esse illius Pōtificij audacissimi sceleris consciens, quo Satā obtinuit, ut altera pars Cœnæ Domini in vsu sacramentali, id est in actione Cœnæ Dominiç (nec enim Missa vel publicè cantata, siue priuatim dicta, est Cœna Domini, sed horrenda eius prophanatio) prorsus aboleretur. Sed aio isto dogmate, quod totus Christus in, sub, vel cum pane sumatur, à vobis non tolli illorum erroris fundamentum. Ergo, inquis, Christum discerpis. Nequaquam certè Christi enim caro manet in se in cœlis, qualis est & erit perpetuò, quanuis distinctè spiritualiter, & per fidem in sacramento, ob eas quas dixi causas, fruendus nobis præbeat: quæ veritas, tum Pontificia transubstantiatione, tum vestra consubstantiatione euertitur, vt pote

quæ ipsam quoque Christi corporis veritatem aboleret. Ad eum autem locum quod attinget quem ex meis quæstionibus profers, eo propterea abuteris. Etsi enim ibi ago de Christi corpore, nulla sanguinis distinctè pribiti mentione facta, tamen tota disputatio ostendit, dum hanc enunciationem explicō, Hoc est corpus meum, alteram me quoque comprehendere, que illam consequitur, nempe. Hoc est sanguis meus, quod etiam saepè numerò in hac disputatione, & tu & ego fecimus, compendii causa. Sed age videamus an ad alteram dilemmatis partem commodiūs respondeas. Dixi si totus Christus est *καὶ τὸ πνεῦμα* hic panis itidemque hoc vinū: aut etiam ut vultis, totus est in, sub, vel cum hoc pane, & cum hoc vino: & hoc significari oportet illis enunciatis, Hoc est corpus meum, & Hoc est sanguis meus: tum oportere synecdochen vtrinque constitui: quia hic panis non simpliciter fuerit corpus, sed præter panem etiam corpus, & sanguis: & hoc vinum non solum vinum, sed etiam sanguis & corpus. Hoc redargue si potes.

Hofmannus.

Si vera est tua consecutio, nondū omnia plenē dixisti, quum totum Christum plura constituant, quam corpus & sanguis, ut merat fit hæc tua catillatio.

Bеза.

Ita te & me Deus bene amet, Hofmannne, ut omnē odi sophistiken. Fateor totū Christū non comprehendi solis partibus humanitatem à

tem à verbo personaliter assumptam constituantibus. Fateor etiam non posse nos ex carne Christi spiritualiter per fidem comesa vitam haurire, nisi quatenus est verbi caro: & eius veluti canalis, ex quo vitam in ipsum redundante hauriamus, carne tamen mediatorem, non ipsa verbi veritate nobis spiritualliter vniiri constat: cuius rationem si non aliunde, saltem ex mei libelli quæstione 63. discere potuisti. Vide igitur etiam atque etiam ne in te potius admittas, quod in me, sanè immerente, reprehendis.

Hofmannus.

Tu concessisti eum, qui corpus in pane sumit, totum Christum sumere.

Beza.

Tu mihi hoc affingis. Nā contrà, nego ab eo quidquam Christi sumi, qui alteram tantum Cœnæ partem sumat, ut qui Cœnæ participationem peruerat. Et hoc etiam dixi & dico nihil minus quam discerpi Christum, cuius integra manet, & in æternum manebit humanitas, etiamsi ex ipsius mandato, distinetè siamus ipsius corporis pro nobiscrucifixi, & ipsius sanguinis p nobis effusi, in hac actione sacratissima, magis & magis participes.

Hofmannus.

Panis à Christo tantum dicitur corpus, & vinum tantum dicitur sanguis ipsius.

Beza.

Cur ergo, si tam religiosè seruandū Gō p̄ntor seriò sentitis, panem istū aliquid aliud præterea quam ipsius corpus: & vinum istud aliud

esse quam ipsius sanguininem docetis?

Hofmannus.

Quia Christus non diuiditur.

Beza.

Neque Christum nos discerpimus in se-
se, quamvis in hac actione distinctè, ob eas
quas dixi efficacissimas & huic actioni sacra-
mentalí peculiares causas, sese nobis per fidē
spiritualiter sumendum præbeat.

Hofmannus.

Non potest à nobis reddi ratio, quomodo
Christus corpus sigillatim pani, & sanguinē
sigillatim vino attribuat, & tamen credimus
quod sese nō diuidat: ita licet in Cœna Chri-
stum credamus non diuidi, tamen non est cor-
rigenda lingua Christi.

Beza.

Linguā Christi scilicet corrigit, aut Chri-
stū arguit falsitatis, qui αὐθαίρατum à norma
fidei, tum à sacramentorum fine & vsu, peni-
tus aliena perspiciens si ḡ πντὸν seruetur, fi-
gurato sermone ad fidei normam & ipsum sa-
cramentorum finem accommodato, vsu
esse Christum docet.

Hofmannus.

Sit sanè synecdoche, quæ tamen ḡ πντὸν
quod sudes est in oculis vestris, cuertat, non
dabitur. Manet enim in illa veri corporis si-
gnificatio, ut exemplo ad oculum monstrari
potest.

Beza.

Ergo tibi idem est figuratè & propriè lo-
qui, quandoquidem ḡ πντὸν contendis etiam
in ora-

in oratione tropica seruari. Quorsum igitur enunciations alia propriæ, alia figuratae dicuntur? Nec enim proprias melius definire possis, quam in quibus ἁγίον siue propria vocum significatio per omnia seruetur: ac proinde figuratae fuerint iis oppositæ. Veram autem corporis significationem per synecdochen illam non tolli mirum non est, quum ne metonymia quidem sacramentali tollatur. Quis enim rectè cōcluserit, de pane non dici ipsum verum Christi corpus, quoniam panis non dicatur esse ipsummet Christi corpus, sed esse duntaxat eius sacramentum? Imò (vt præclarè patres, ac præsertim Tertullianus, aduersus Marcionem argumentum, ab hoc ipso sacramento, petentes scribunt) eo ipso probatur Christi corpus non esse spectrum siue phantasma, q̄ panis dicatur eius figura siue signū, rei videlicet verè existentis. Quorsum enim imaginarii duntaxat corporis diceretur panis esse figura, & quidem ad accipiendum & comedendum præbitus? Denique qui tropicam esse dicit prædicationē, propterea veram esse enunciationem necessariò nō negat: nec etiā vel subiecti vel prædicati tropicam significationem necessariò tollit: præsertim si (vt in his de quibus nunc agimus enunciatis) tropus sit duntaxat in ipso attributionis modo, quem propriè notet utrumque terminum connectens copula. Postremò si synecdochē istam admittis, tu videris quo iure sacramentalem illam prædicationem idcirco vocaueris inusitatam, quod ad usitatam siue regula h. iii.

rem & propriam reduci non possit. Sed audiamus quo exemplo probes quod vltro sum vobis largiens.

Hofmannus.

Puta te Marcionē audire, qui neget Christum esse verum hominem, sed φάντασμα hominis esse credat. Hic in hominis vocabulo tropum querat necesse est, idque fiat prætextu dicti Ioh. i. Verbum caro factum est.

Beza.

Marcion certè contendebat Christum hominē dici, non ὄπαρτινῶς, sed ut hominis pictura dicitur homo. Verūm quid hoc ad nos qui nihil minus quam aut vana esse sacramenta, aut esse ficti corporis signa dicimus, quam uis signa ipsa negemus id ipsū esse cuius sunt sacramenta. Deinde ubi tandem legisti, & vnde istud tibi in mentem venit existimare Marcionem vñquam cogitasse ex illo Iohannis loco stabiliendi sui commentitij spectri argumentum arripere, ex quo manifestissimè conuincitur? nempe & verbo οὐ πέτη & carnis appellatione. Itaque nihil hac de re profectò potuit à te minus appositiè dici: sed audiamus quodnam ipsi argumentum adfingas.

Hofmannus.

Sic ergo conficiat syllogismum Marcion. Vbi synecdoche datur, ibi tropus est, qui τὸν πότον non retinet, sed immutat.

In dicto Iohannis, Verbum caro factum est, Caro synecdochicè à vobis explicatur, pro tanto homine, qui corpore & anima constat.

Ergo ex dicto Iohannis perperam τὸν πότον vrgetis

urgetis, quasi carnem Christi manifestè probet. Hanc argumentationem etiam Beza falsam iudicabit, quia qui totū propriè intelligit, partem eius itidem genuina significatio ne accipit. Et quum Beza hanc synecdochen ipse docens, nihilominus tropum neget in prædicato quod hāc synecdochen recipit, sumos vendit, Tō p̄ntrōr inde arguendo: quod est peruersi animi indicium.

Beza.

Riserim certè tam ineptum argumētum, cuius falsitas & ex propositione, & ex consecutione apparat. Nec enim quisquis non retinet ἡ ἀπόστολος in enunciato, propterea ut falsum negat id quod figuratè dicitur, ne in metaphora quidē aut metalepsi. Nam (ut rectè dicit Tertullianus) verbā non solum sono sapiunt, sed & sensu, nec auribus tantum audienda sunt, sed & mentibus. Itaque plus concluditur in illo ineptissimo argumēto quàm ponatur. Sed vide ne magis etiam videre possit ridiculus, qui argumentum attribuat Marcioni, quo semetipsum apertè iugularit. Nec enim negaret veritatē corporis, sed adstruet, qui eiusmodi synecdochen ut argumen ti sui τυχεχον, in vocabulo Carnis statueret. Marcion igitur huc minimè refugeret, sed ut Hominis, sic etiā Carnis vocabulū eluderet. Nō ignoras autē, opinor, hāc synecdochen nō aduersus Marcionem sed aduersus Apollinarē dirigi. Ceterū aduersus tua cōvitia quid agā potius quàm ad Deum prouocē, apud cuius tribunal, & tu & ego aliquando stabimus?

Vide sis verò tu potius ne peruersissimo iudicio istud in me scripseris. Num enim, quæso, illam Synecdochen videri possum docuisse, quum ex professo vestrum illud $\tau\acute{o}\mu\tau\circ\mu$ ex illius synecdoches absurditate coarguam, quem tamen tropum ostendo ex vestro dogmate, id est reali & essentiali cōsubstantione, cōsequi? Fumos, mi homo, nemini adhuc vendidisse me deprehendes. Sed hoc competes, non posse me pati ut ullis fumis mihi perstringantur oculi, quò minus veritatem intuear. Nec ego nego tropum esse, ex vestra sententia, in prædicato, sed contrà contendō in eo collocandum esse, si vestra sententia valeat, id est, si totus Chr istus tum de pane illo, tum de illo poculo seu vino dicatur: adeò quidam ut vos dum tropum metonymiæ vultis effugere, (sacramentalibus loquutionibus figuratis vñstatissimum & accommodatissimum) in absurdam & falsam synecdochen incurritis. Quid amplius?

Hofmannus.

Non destruis planè $\tau\acute{o}\mu\tau\circ\mu$, sed ais non simpliciter seruari. Hæc phrasis est ambigua, & $\tau\acute{o}\mu\tau\circ\mu$ aut detrahēs, aut addens. Prius falsum est. Posteriorius rectè intendens istud vis, Corporis $\mu\tau\circ\mu$ per se quidem saluum manere, sed insuper aliquid addendum intelligi, nō quod sit proprio corporis significato contrarium, sed quod non simpliciter seu solum corpus relinquat, quia videlicet corpus non sit sine sanguine. Hæc sententia nihil sanè patrocinatur aduersatiuæ $\tau\acute{o}\mu\tau\circ\mu$ quod affirmamus, sed subdola

subdola ambiguitate, cum repugnatiæ spe-
cie, nostræ cōfessioni obiicitur, quo sycophā-
tico artificio proditur tuus animus litis mate-
riam affectatè quærens.

B e z a .

Egōne verò lites quæsierim, an iij qui ex so-
lis litibus creuerunt? Sed tu, Domine Deus,
iudex aliquando inter hos & me sedebis. Si
tibi videtur, Hofmann, $\text{C} \ddot{\text{o}} \text{nt} \text{r} \text{o}$ seruare qui
partem dicit pro toto, saltem ex parte hallu-
cinaris. Egisse me bona fide res ipsa clamat,
quācum hoc argumentum tractans synecdochē
dixerim seruare $\text{C} \ddot{\text{o}} \text{nt} \text{r} \text{o}$, sed non simpliciter,
vt hunc tropum distinguerem ab iis qui pro-
priam vocum significationem, relictā tantum
aliqua eius analogia, immutant, vt in meta-
phora, metalepsi & metonymia quoque acci-
dit. Qui discrimen hoc troporum obseruat,
num sophista, num sycophanta, num φιλόρεμος
videri meritò potest? Ceterum vt istius vestre
in prædicato synecdoches, quam vel inuitus
agnoscere cogeris, absurditatē ostenderem,
postulaui vt nobis demonstraretur, quorsum
duplici elemento fuerit opus, si totum Chri-
sti, id est tum corpus tum sanguinē, in vtrouis
participamus. Quid tum ad hæc respondes?

Hofmannus.

Existimo præsentem quæstionem nec ne-
cessariam nec utilem esse, quia præter sacræ
scripturæ suggestionem & explicationem pro-
ponitur. Non igitur aliam nisi lectorem tur-
bandi causam habebit. Si quis eam curiose
persequutus fuerit, prophanis cogitationibus

indulgebit, & Caluinianam sententiam suis speculationibus affinem amplexabitur. Hic mos est tuus, ut ubi aperte vincere non datur, insidias pares.

Beza.

Hoc non est disputare, sed conuiciari: non argumentum soluere, sed tergiuersando se ipsum à veritate victimum fateri. Non esse curiosam hanc quæstionem probat eius quæstionis iusta ac penè necessaria occasio. Quis enim existimauerit temerè in actione illa sacra bis Christum totum præberi communicandum, quod tamen neque signa ipsa neque verba institutionis enuntient? Utilem autem ac penè necessariam esse hanc quæstionem illud declarat, quod neque supra neque extra scripturam sacram, immò secundum ipsius institutionis formulam iam pridem est in Ecclesiarum nostrarum Catechesi explicata, & in illis meis quæstiunculis à me quæst. 179, repetita. Hoc si nescis, fraudi nobis esse hac ignoratio non debet: si nosti, & falsum arbitraris, non tergiuersatione, non conuiciis sed firmis rationibus cur nostra non oppugnas? sin probare apud te cogeris, cur verum non agnoscis? Illud quidem ego testari mihi possum videor, non posse nos, nisi hac explicata obiectione, ylo arguento prorsus necessario redarguere Pōtificiorū sacrilegā in altera horum mysteriorū parte tollenda audaciam;

SEPTIMVM ARGVMENTVM.

Beza.

Quod est cum alio, siue in alio, siue sub alio

lio citra commixtionem, arctissima etiam vnitio coniunctum, non potest propriè id ipsum esse: ut exempli gratia, etiamsi anima & corpus hypostaticè vnta sint, nemo tamen corpus esse animam, aut animam esse corpus dixerit. Multo minus igitur sacramentalis coniunctio effecerit, ut panis ille propriè sit ipsum Christi corpus.

Hofmannus.

Quod sic concluditur ad negandum, quòd prædications sacramentales sint propriæ, id ecclesiæ nostræ nouerunt, absque te doctore.

Berz.

Ego ita me profiteor legitima vocatione in Ecclesia Dei per ipsius misericordiam docere quod ipse mihi suo verbo pro meo modulo patefecit, ut discere sim parvior, quam docere. Te verò insigniter inter doctores omnes istic eminere oportet, qui ne à D. Luthero quidem doceri sustineas, immò ipsi ex professo contradicas. Clamat enim ille, cuius expressa verba iam aliquoties recitaui, eam est evim sacramentalis coniunctionis, ut quod pani sit non tantum VERE, sed etiam PROPRIE corpori Christi TRIBVATVR. Clamat idem firmiter credendum esse, non tantum corpus Christi esse in, sub, vel cum pane, sed hunc ipsum panē esse illud ipsum Christi corpus: ergo *υπάρχει μόνος* & maximè propriè. At tu reclamans millies occinis (& quidem servato τῷ πνῷ, i. αὐτῷ) IMPROPRIAS esse sacramentales attributiones, sive prædications. Haccine verò cft idē atque fidū esse D. Luciferi

theri discipulum, an supra doctorem suum se
se attollere?

Hofmannus.

Quomodo recusata regulari prædicatione
non possit transiri ad receptionem tropicæ,
abunde suprà demonstrauimus.

Beza.

Quomodo recusarim ego regularem præ-
dicationem, qui contra te contendō, figura-
tas omnes, ne vestris quidem exceptis inus-
tatis, ad regulares & proprias manifestè redu-
ci? Et quorsum hæc ad soluendum proposi-
tum argumentum?

Hofmannus.

Quo frequentiores & turpiores deprehen-
duntur Bezae (hominis scilicet eruditissimi)
in hac causa hallucinationes, eò certior est
falsitas huius Caluinianî dogmatis.

Beza.

Hoc est scilicet argumentari. Vbi verò me
comperies ita insaniuisse ut vllā eruditionis
alicuius laudem mihi putarim attribuēdam?
Quod mihi dedit Dominus, in vsum Eccle-
siaz, bona fide, pro meo modulo contuli. Ob-
tuli amicam & placidam ἀνθρωπον, testatus do-
cilem me futurum, si certiora possem ex Dei
verbo deprehendere. Cedò igitur, quorsum
iste μυστήριον? Caluinianū autem hoc dog-
ma cur appelles, tu videris. Sed age profer a-
liquid tandem, quod ad illius argumenti solu-
tionem pertineat.

Hofmannus.

Hæc argumentatio non hoc instituit (*id*

est, non hoc tendit ut probet quod corpus non dicitur propriè anima, sed hoc adducit (id est hoc efficit, & ad hoc concludendum, tendit) quod nemo corpus, esse animam, aut animam esse corpus dixerit. Secundum hoc igitur (id est, si vera est hec conclusio) non tantum concluditur, panem non dici corpus propriè, sed etiam illud, quod nemo panem esse corpus Christi dixerit.

Beza.

Cogit me sermonis tui obscuritas, atque adeò (quod pace tua dixerim) barbaries, tum hoc loco tum etiam aliis, aliquid illi lucis inferre. Sed hoc cuiusmodi sit videamus. Ut probarem ne concessa quidem vestra reali & essentiali consubstantiatione, rectè concludi, quod panis sit propriè Christi corpus, quum hæc sint disparata quantumuis sacramentaliter coniuncta: sumpsi argumentum à comparatis, nempe ab hypostatica coniunctione, quæ licet longè sit arctior sacramentali, tamē efficere non possit, ut unum propriè dici possit esse alterum. Et ut hanc collationem illustrarem, adhibui exemplum hypostaticæ in homine vniōnis: in qua licet corpus & anima sint hypostaticè coniuncta, tamen nemo corpus dixerit (id est dicere possit) esse animam, aut animam corpus, propriè videlicet. Nemo enim non videt conclusionem meam esse ad id quod initio proposui, & de quo uno disceptatur, esse referendam. At non quæritur an quispiam dixerit hunc panem esse Christi corpus (quis enim ambigit quin hoc

ipse Christus dixerit, sed hoc vnum queritur an Christus propriè vel figuratè sit locutus, quū hunc panē suum esse corpus diceret. Quā igitur hoc meū argumētū planū ac perspicuū sic detorques, quasi velim adstruere neminc̄ dixisse hunc panē esse Christi corpus: quæso, an bona fide meū agis? minimè proſe cōt̄o: sed ea fide qua toties Aſpastæ bono & eruditō viro tribuis, qđ id verū esse neget, quod Christus affirmauit. Cæterū corpori etiā mortuo tribui nomen animæ ex nō paucis scripturæ locis, sed figuratè, nempe ὁμενδοχμας, & vicissim animæ attribui corporis nomen, sed ἀκύρως ex Tertulliano conſtat.

Hofmanus.

Rationes tuæ ita sunt humanis ſomniis immersæ, vt ſi ad causā (*id est ad id de quo agitur*) adhibeantur, decernant, id quod palam (*id est,* plane & aperte) à Christo dictū eſt, literaliter dici non debere, Deus deſtantos ſanet.

Beza.

Non ita eſt Hofmane. Dici quidem etiam his totidem verbis debere quæ à filio Dei dicta ſunt, & repeti in Ecclesia oportere, quis niſi manifeſte impius auſit inficiari? Sed aliud eſt dici quām intelligi. Itaq. ſermonē Christi abſit ut reprehendā, ſed figuratè expreſſum, ac proinde aliter quām iſpa verba ſonēt intellegendū eſſe contēdo. Et ſimul addo cauſas cui figurata locutio ſit in hoc argumēto expreſſior & accōmodatiōr, quām ſimplex, propria, & uſitata. Si in hoc erramus, quod tamē non arbitror, Dominus hoc etiam nobis pro ſua miſe-

misericordia condonet. Idē ego vobis (sanabī libus quidem) à Deo exopto & precor.

Hofmanus.

Tropus non pōt esse in copula inusitatārū Prædicationum.

Beza.

Quorsum hoc ad superius argumētū? Sed ista in tuis *προλεγομένοις* omissa pturbatē post ea voluisti isti argumēto inserere. Ne tamen aliquid videmur nō satis expensū relinquere, age ista quoque tua, nō omnia (cūm de re tota satis supérque sit dictum) sed quæ videri potes superioribus adieciſſe, expendamus.

Hofmanus.

Inprimis distinguedū est inter significatū quod habet verbū *est* per se & proprium: & inter rationem copulandi subiectum & attributum in prædicatione quaē ipsi accidit.

Beza.

Dicis quod res est, sed nihil appositiē dicis, vnde error omnis tuus emanat. Nā tum demū verbū *est* propriū habet quiddā per se significatū quū est veluti *κατηγορία μηνῶν* & pars ipsius enūciationis, cōsignificās videlicet vel *κατηγορία* subiecti, vt quū dico, Deus est, Homo est: vel tēpus, vt si dicam, captiuitas Babylonis est vel fuit. At cum aliquo, vt loquuntur, adiacente positum, falleris si putas illud vim aliquā habere quām vinculi declarandi quo prædicatum vel esse in subiecto, vel de subiecto dicitur. Et quorsum ista tam altē repetita? nū vt nos in logicorū scholā traductos à re proposita, in scholasticæ mateologizæ senticeta

transferas? Agitur de istis enūciationib. Hoc est corpus meū, Hoc est sanguis meus. In iis & similib. dico hūc vnū & propriū esse vsum copulæ, vt indicet quo genere prædicationis corpus Christi de pane, sanguis Christi de vino dicantur, non quid sit panis, aut vinū per se, nec Christi corpus, aut sanguis per se: ac proinde vanum, inutile, futile esse totius istius tuæ aberrationis fundamentum.

Hofmannus.

Quòd accedit significato verbi Es t in propositione, aut est regulare, aut irregulare.

Beza.

Ergo, te auhore & iudice, cueritur quicquid de trimembri diuisione, & tertio mēbro à me præterito dictum abs te fuit ad primum meum argumentum. Nam aliud est certè diuiderem ipsum genus, quam eius species postea secundūm suas differentias partiri.

Hofmannus.

Regulare est quod naturæ regulam ipsa verborum & sermonis proprietate obseruat.

Beza.

Id est, si satis intelligo quòd tu fentis, quum voces quibus enunciatum concipitur, propria & nativa significatione intelligatur, vel modus attributionis ad aliquem ex quinque prædicabilib. modū refertur, vel est identicus. & haec tibi assentior. Memineris autem nihil hīc accedere significato verbi Est, sed quoties adiacēs (vt in scholis loquuntur) siue vnū siue plura ipsi adiacent, hunc vnicū & propriū esse ipsius vsum ut τιμωτεσιν vel διασπερον attribu-

tributionis declarat.

Hofmannus.

Irregulariter est quod à regula naturæ discens, vel cum verborum significatione modum prædicandi simul mutat, quod propterea figuratum dicitur, quia videlicet Rhetorum artificio tropum seu figuram in aliqua voce recipit, & ita prædicationis genus immutat, quod tamen interpretatione reuocatur ad regulare: vel quod seruata ppria vocabulorū significatione, tantū prædicandi modū regularem mutat, & quoniam diuino quodam consilio & artificio hæc prædicatio sese singuliari copulandi modo accommodat, ideo singularis & inusitata vocatur.

Bез.

Audio Hofmannum dicentem quod est imaginatus, id est, in iis enunciatis in quibus verbum Est nō consignificat *vix*, vel tempus, vt antea dixi, sed cum adiacente coniungitur, habere aliquod per se significatum præter copulandi usum. Hoc, inquam, audio, sed quo authore pditū, & qua ratione cōfirmatū? Sed & absurdissimū illud est, vt saepe īā repetii, atque adeo expressis D. Lutheri verbis improbatū, impropriū statuere prædicationis modū, posita omniū enuntiati partiū proprias significationes: Inter has autē enūtiati partes (quod ad prædicationis modū nō quod ad res ipsas per se cōsideratas nēpe subiectum & attributum attinet) præcipua est copula, *et* vel *sed* *et* *per* predicati & subiecti demonstrans. Itaque causa nulla est cur diutius in refellendis

iis immorer, quæ isto fundamento superstruxisti. Huiusmodi est monstrum illud quod tibi confinxisti de bellandum, non semper copulam recipere tropum propter modum prædicandi variatum. Quis enim in qua hoc docuit? Sed hoc tibi fuit demonstrandum, quinam non sit figurata oratio quæ necessariò falsa deprehendatur, si ~~tò pñtò~~ vel in prædicato seruetur, ut Herodes est vulpes: vel in subiecto, ut Hierusalē est intercessrix Prophetarum, vel in attributionis modo, ut Hic essētialis panis est essētiale Christi corpus. Hoc inquam, tibi fuit probandum, quod nunquam facies donec disparata vnum & idem esse ostenderis. Alioqui principium petis. Et quod postea tam verbosè contendis etiam si tropus concederetur, tamen tropum in copula non posse constitui, quorsum pluribus studeam refutare, quum ipsem et te refellas? Secundum quendam modum E S S E, inquis fol. 60. non semper est, esse tropicē. Ergo aliquando ita se rem habere concedis. Et fol. 64.b. concedis aliquid tropi in copula ostendi posse, sed nunquam originaliter, seu quod ex copula sit origo tropi. Id ego verò concedo, nec tamen inde consequitur tropam propter ea necessariò constituendum in prædicato vnde in copulam redundet. Sic exempli gratia, (quod antea quoque scripsi) in hoc enunciato, Herodes est vulpes, tropus est in prædicato, quo non animal illud propriè significatur, sicut vox ipsa sonat: sed istius animalis naturalis ad versutiam inclinato significatur: vnde sit ut quandā similitudinem

duntaxat declareret. Ac in hac enunciatione,
 Hic panis est Christi corpus , addita de ter-
 minatio singularis & indiuidua disparata de-
 signans, flagitat, vt quum propriè accepta af-
 firmatio sit falsa , figuratus statuatur prædica-
 tionis modus , non ex prædicato, sed ex sub-
 iecti & prædicati inter se comparatorum na-
 tura, quæ alioqui mutuò de se diciverè non
 possent,in copulam inuectus. Non minus
 falsum est & illud quod rursum inculcas, (&
 quidem D.Philippi autoritate abutens , cui
 nunquam in mentem venit, vt sub inusitatarū
 enunciationum nomine illas, de quibus agi-
 mus recenseret) dum aīs sacramentales, quas
 irregulares quām tropicas vocare mauis , non
 posse ad regulares seu tropicas reduci. Rem
 enim aliter se habere tum ex sacris literis,
 tum ex communi omnium orthodoxorum
 patrum consensu, immò ex vobis ipsis liquet,
 vt est à nobis antea demonstratum : vt qui
 interpretemini, Hoc est corpus meum , per
 istum proprium prædicationis modum, Cor-
 pus meum est in , vel sub , vel cum hoc pane.
 Deinde , quid possit esse magis *ænypor* quām
 inusitatas enunciationes vocare , quibus ni-
 hil est sacris literis usitatius , & sacramentalis
 pactionis efficacitati declarandæ accommo-
 datius ? Quid plura? nondum excogitato in-
 usitatarum prædicationum subterfugio, D.
 Brentius Vbiquitariae tandem sectæ autor fa-
 ctus , tropum iam olim concessit in hac sa-
 cramentalili loquitione. Quid tu verò? Quum
 tamen , inquis , dissentiat illic Brentius

ab Oecolampadio , eum tropum intelligit.
qui τὸν πόντον non tollat, sed modi singularis
notationem habeat, ad Græcæ vocis significati-
onē quandam, sed nō ad usum technicum
qui est in figuris Rhetorum. Obsecro verò,
mi homo, an nos habes pro bestiis , quibus
tani apertè illudas? Sic tibi pag. 22. synecdo-
che D. Lutheri, non est synecdoche , sed ne-
scio quid , quandam synecdochicam habens
rationem. Sic tropus Brentianus , est nescio
quod spectrum tropi non tropici. Et mox
fol. 68. illa explicatio, in, sub, vel cum, non est
regularis enunciatio , sed mysteriū magnum,
qd vocas λογογραφίλιν ἀνέγνων. Apage quæso,
istas præstigias Hofmannae , & tandem desi-
namus communibus aduersariis deridendum
veritatē propinare. Quid enim hīc aliud dixe-
rim ? Ad Brentium autem quod attinet , ne
illius quidem sensum intellexisti. Nec enim
per id tempus de sacramentali vniōne , sed de
ipsius rei sacramentali exhibitione , & quidē
spirituali agebatur , quam ille tolli signi siue
figuræ appellatione somniabat . Accedo ad
locum Augustini, in quo dicit cœlestem pa-
nem(id est usui cœlesti, puta sacramentali, de-
stinatam) suo modo vocari corpus Christi,
quum reuera sit sacramentū corporis Christi,
illius quod visibile, quod palpabile, quod
mortale in carne passum est. Addit exempla
huius locutionis Augustinus , quod videlicet
immolatio , quæ fit sacerdotis manibus, voce-
tur Christi, passio, mors, crucifixio, non reive-
ritate, sed significante mysterio . Quid tu hīc
verò? incertum est (inquis) an hæc sententia

fit Augustini. Quasi verò apud eundem ista
sæpiissimè non inculcentur. Deinde, inquis
hæc sententia non pertinet ad nostrum insti-
tutum, sed ad caput Iohannis 6. vt apparet ex
his verbis, *Caro cœlestis quæ caro Christi est: vbi*
talem tropicam loquutionem admittimus.
Cedò, quamobré, si istud ad illū locum Iohan-
nis refertur, Cœnæ Domini institutio exclu-
ditur? Nam utrobique panis Christi dicitur
esse ipsius caro: utrobique carnem illam com-
edere, & sanguinem illum bibere inbemur: ut
utrobiqui extat eadē æternæ vitæ promissio, ac
proinde fœderis noui testamenti præstatio.
Sed inquieris, ibi agitur de sola carnis Christi
participatione ~~ἐπεγνωτινῇ~~ per fidem, quæ sem-
per fit ad vitam: in Cœna Domini verò de
eiusdē præterea substantiali per os sumptio-
ne, quæ vnius quidem ad vitam, aliis verò ad
exitium cedit. Vis igitur Hofmanne, has duas
perceptiones non tantum effectu, sed etiam
reipsa quæ sumitut differre. Id verò qua auto-
ritate, qua ratione vñquam euincetis, id est,
Christi perceptæ carnis *οὐσίαν* ab eiusdem sa-
lutiari *ὑπόγεια* non tantum in sese distingue-
tis (nam hoc sanè concedimus) sed etiam re-
ipsa separabitis, id est Christum ipsum discer-
petis? Probamus hoc, inquieris, ipsis Christi
verbis: *Hoc est corpus meum quod traditur pro
vobis, Hic est sanguis meus qui effunditur pro vobis.*
Atqui hoc est principium petere: id est,
hoc ipsum dictum de cuius explicatione quæ-
ritur, tanquam probatum assumere. Deinde
an minus est expressa hæc oratio, *Panis quem*

ego dabo caro mea est quam ego dabo pro mundi vita,
quam ista, Hic panis est corpus meum quod traditur
pro vobis. & hic sermo, Nisi ederitis carnem filij
hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis vitam
in vobis, an non est etiam planior quam, Accipite,
comedite, accipite, bibite, & Hoc facite? An non
vtrobiq; idem subiectum, idem prædicatū, ea-
dē copula, idē verbū comedēdi & bibēdi, ea-
dem promissio? Curigitur ibi figurata loqua-
tio, hīc nō itē? Necesse est respondeas, quoniā
ibi Christ⁹ in verbo simplici, in Cœna verò, ad-
hibitis pane & vino præbetur, Fateor, sed siue
in verbo simplici, siue in verbo simul & ad-
iunctis symbolis idē præbeatur, an aliter pro-
pterea verbū, aliter panis esse Christi corpus
dicetur, & aliter in verbo aliter in pane come-
di censebitur, quanuis verbum quidem aures
duntaxat feriat, panis autem manibus sumar-
tur, & ore comedatur? imo quanuis fidem
magis excitent verbum & symbola, quam nu-
da verbi prædicatio: tamen quanto crassior
perceptio, eò figuratior est (ytita loquar) phra-
sis in verbis institutionis Cœnæ Domini,
quam in quotidiana nostri cum Christo in
simplici verbo facta copulatione. Et cum i-
dem Augustinus σαρποφαγίαν dicat esse fla-
gitium, nisi figuratè id est de spirituali Christi
in nos & nostri in ipsum per fidem transfigura-
ne intelligatur, quibus tandem persuaseritis
hoc ab illo dici de illa duntaxat ἀεργυχτίᾳ
quam vnam simplici verbo tribuitis, & qua-
certè nullam speciem habeat flagitii: ac nor-
potiu

potius de illa symbolica Christi sumptidine, nescio quem Cyclopicum esum, nisi spiritualiter accipiatur, manifeste redolente, siue visibiliter, siue inuisibiliter ipsa caro & ipse sanguis Christi in ipsum corpus nostrum substantia suatraici dicatur? Sed, obsecro, quandoquidem extra viam tecum sum digressus, tandem in viam redeamus, & dic tandem quidpiam, quo nostrū illud argumētum, quod adhuc videris neglexisse, vel concedas, vel refutes.

Hofmannus.

Dicam tibi quomodo concilietur *τὸ πντὸν* cum his phrasibus, In, vel sub, vel cum pane est corpus Christi, quamvis hoc non largiatur propriū copulæ (id est verbi E S T) significatū.

Beza.

Centies iam affirmavi quod nūquā refelles nempe in his enunciationibus nullā esse verbi E S T alium usum, quām modum indicandi quo prædicatum de subiecto figuratè dicitur: Audiam tamen quid dicas.

Hofmannus.

Vniri panem & corpus Christi etiam conceditis: ergo vnitum vnum est cum altero.

Beza.

In sacramētis certè præstaret Cōiunctionis nomē, & quidē rectē explicatū, usurpare, quā Vnionis, de quo tamē nolim rixari. Illud vero cōstat, in iis multiplicē coniunctionē cōsiderari: vnam videlicet, quā verbum vocale & signa materiata id vnu dicūtur, qđ vocamus Sacramētū, quatenus nimirū ista ad vñsignificandi cōcurrūt: quē tamē vis signif. præcipue ī verbo.

sita est ad elementum accedente, ita ut hæc
coniunctio proximè ad formæ & materiae vni-
tionē accedat. Alteram, quæ sita est in illo-
rum signorum (verbi videlicet & symbolo-
rum visibilium) cum rebus significatis copula-
tione, quam nos merè ~~χριστι~~ & relationem
esse diximus: quatenus videlicet ex Dei nobis-
cum pacientis ordinatione, quod sacramen-
tali verbo méti nostrx per aures renúciatur
signis quoque; visibiliibus, nō ad cōmunē vsum, sed
ad diuinum & cœlestē adhibitis, eidē méti no-
stræ repræsentatur, & per fidē sumendū prebe-
tur. Tertiam denique positam primū in si-
gnorum nobiscum coalitione quæ tota est
terrena & naturalis, aliis quidem nempe di-
gnè vtentibus, ad vitam aliis, videlicet indi-
gnè accedentibus, ad exitium: deinde in rerū
significatarum in animas nostras insinuatio-
ne, quæ tota est tum diuinæ virtutis, quod ad
Deum præbentem spectat, tum mentis &
fidei, quod ad nos rem oblatum fideli mente &
spirituali modo nobis applicantes, attinet,
In quibus igitur hæret ista inter nos & vos
controversia? non certè in prima vnitonis
sacramentois specie; imò ne in secunda qui-
dem quod ad Baptismum attinet, nisi si quid
etiā diuinū vltra significationē sacramentalē
vultis cum Pontificiis ipsi aquæ inesse, quod ad
scholastici causatiū appellant: sed quod ad
Christi carnē attinet, tum in secunda, tum in
tertia vnitonis specie magnopere disside-
mus. Vos enim simplicis significationis, quan-
tumuis verae & efficacis, relatione siue ~~χρι~~
non contenti, ponitis præterea realem in ter-

ris essentiæ rerum significatarum præsentiam
 accohærentiam, cuius coniunctionis modus
 sit *ἀρρότος*, quasi veritas horum sacramento-
 rum tollatur, & institutionis verba peruer-
 tantur, nisi eiusmodi præsentia & cohæren-
 tia essentiarum statuatur. Nos verò veritatem
 sacramentalis vnitioñ rerum & signorum
 planam & perspicuam esse & in eo positam
 dicimus, vt quām verè signa præbentur, tam
 verè res sacramentaliter significatæ spiritua-
 liter donentur. Inde altera oritur inter nos
 controuersia in tertia vnitioñ specie. Statui-
 tis enim vtraque, id est, & signa & ipsam re-
 rum significatarum essentiam, corpori su-
 menda, comedenda, bibenda, (signa videlicet
 visibiliter, res autem significatas, id est ipsam
 Christi corporis & sanguinis substantiā, inui-
 sibiliter) præberi. Nos aut̄ signa quidē vtpote
 corporea, corpori naturali modo præberi, ad
 analogiam corporalis & spiritualis nutrimen-
 ti significandam docemus: ipsum autem illud
 Christi corpus & eiusdem sanguinē illum non
 corpori sed menti, non dente, sed mente, non
 corporali contractu, vt rē in terris cū pane &
 vino sitā, sed fidei sursum in cœlos, vbi nunc est
 & ad ultimū usque diem erit illud essentiale
 Christi corpus: se subuehentis instrumēto,
 nō ad corporū nostrorum realē cū Christi cor-
 pore *συναφλί* & coalitionē, sed ad mysticā, &
 tamē efficacissimā vnitioñ, & æternę vitę ve-
 luti succū inde magis ac magis hauriēdum, nō
 vlo naturali modo, sed merē spirituali ac diui-
 navirtute percipiēda donari sētimus. Illa tua
 vidēdū est tibi quomodo confirmes: & nostra

qb. argumētis destruas. Et hactenus quidē de
 vniōne sacramēti signorū & rerū significatarū
 dictū esto, quē quū tu ignotā esse dicis, primū
 dissentis à D. Luthero, qui nō potuit Berēga-
 rij damnationē probare quin illū modū sen-
 sualē esse agnosceret. Quinam. n. esset sensua-
 lis perceptio & dentiū attritio , nisi sensualis
 esset signi & rerū significatarū copulatio ? De-
 inde à Sueuici quoque syngrāmatis sententia
 discedis, tā disertis verbis à D. Luthero appro-
 bati, vt sese illius autorē haberi non recularit,
 cuius verba hæc sunt cēties inculcata, & in or-
 thodoxo cōsensu citata. Sicut hisce verbis, Re-
 mittuntur tibi peccata tua, & , Pax huic domui, & Ego
 sum Resurrectio & vita, velut quodam promissionis
 verbo Remissio peccatorum, Pax , Resurrectio & vita
 quodammodo includitur, & ad credentes adfertur, sic
SIMIL R A T I O N E hoc verbo, Hoc est corpus meū
 quod pro vobis traditur , & sanguis meus qui pro vobis
 effusus est , Corpus & sanguis Christi comprehensa sunt,
 & fidelibus præbetur, vsque adeò ut quicunque hoc verbū
 accipit & credit, fideq; tenet, arripiat, accipiat & teneat
 verum corpus & verum sanguinem Christi, cum videli-
 cet qui effusus est, non spiritualem aliquem sed carna-
 lem. Vides Hofmannne modum eundem sta-
 tui cōiunctionis Christi cum illo pane & illo
 vino atque cum simplici verbo , significatio-
 ne videlicet sacramenti, id est, quam effectus
 per fidem consequatur: neque nos aliud vn-
 quam docuimus aut docemus. Idem Bren-
 tius postea, fateor , vsq; adeò se retexuit, vt nō
 modò pani & vino, sed etiā reb. omnib. volue-
 rit τὸν ἀρχὸν substātialiter quoq; vniri (si mo-
 dolac. Andreas magistri sui sentētiā recte ex

plicauit) neq; carnis in Cœna præsentia ab institutionis Cœnæ Domini verbis sed ab ipsa incarnatione petat: quod portetosum deliriū, præterquam quod est *απότελεσμα*, vobis ignotū esse nō patitur istius vnitonis modum, ut pote quē iste faciat personalē. Nec n. video quid aliud sit Subsistētialiter quam Personaliter esse in rebus omnib. quum id sit Latinis Theologis Subsistētia siue persona, quod Grēcis Hypostasis. Sed age, mittamus nunc ista. Ut tibi largiar ipsius Christi corporis substantiā re ipsa in terris cum hoc pane adesse, sensualiter etiā manibus sumēdum, & dentib. terēdum, an effe-
ris propterea hunc panē etiā esse illud corpus aut hoc corpus esse hunc panē absq; tropo, si-
ue τῷ πνεύματι seruato? Nec n. negare ausis in hac cōpositione seu manis vnitione, partes totius compositi saluas ac distinctas manere. Hoc meū fuit argumētum. Hūc nōdū solue, hunc expedi, ad quē ne γρ̄u quidem adhuc respondisti. Est autē per lepidum illud quod nobis hoc loco reponis: hāc videlicet explicationē, Esse in, sub, velcū pane Christi corp⁹, nō esse aliud quam nescio quid quod λογαριθμον καὶ αγονον vo-
cas, quam placuit D. Luthero usurpare in testimonium quod modum specialiter non determinaret. Istud n. quid aliud est quam sepiæ ex-
empli seipsum atramento, ne irretitus tenea-
ris, inuoluere. Quod tu postea subiicis ad sta-
biliendā essentiæ corporis cū pane realem in terris præsentiam, nempe quoniā Christ⁹ pa-
rem porrigenſ simul etiam accipere corpus iubeat, neque necessariō concluditur quum in

cōmuni etiam rerū humānarū v̄sui duo simul
dari & simul recipi possint, quæ tamē essentia
sua quām longissimē distant: & ex iis duobus
quæ in Domini Cœna $\chi\acute{e}rīnōs$ tantum v-
niuntur, vnum quidem corpori, alterum in-
tellectui præbeatur: nec etiam ad rem facit.
Etenim data etiam essentiali præsentissima
coniunctione ad vnum & eundem finem re-
spiciente, vnum tamen esse alterum essentia,
 $\tau\bar{\omega}\rho\eta\tau\bar{\omega}in$ attributione seruato, non potest. Et
sic quoq; satis ad hoc respōsum videtur quod,
nobis obiicis, ac si verbo quidem præsentiam,
re verd absentiam, & quidem crassam statue-
rimus: quasi scilicet vnicum sit præsentia &
absentia genus .ac non possit esse fidei præ-
sentissimum, quod sit tamē à corpore creden-
tis quām longissimē dissitum.

VIII. ARGUMENTVM BEZAE.

Si panis ille propriè est Christi corpus, Er-
go desierit esse panis, quū hæ duæ res sint to-
to genere disparatæ. At si iam desit esse pa-
nis, non iam duabus rebus una terrena, altera
cœlesti constat Eucharistia, nisi rem terrenam
appelles spectra, id est accidentia sine subie-
cto. His autem sublatis , analogia duarum i-
starum rerum sublata fuerit ac proinde abo-
lita fuerit sacramenti ratio. Figuratè igitur
panis ille dicatur corpus Christi necesse est.

Hofmannus. fol. 70. & 71.

Improbamus falsum & absurdum conse-
quens vt & antecedens.

Beza.

Ergo improprè fateris dici corpus.

Hofmannus.

Omnino quod ad prædicationis modum, non quod ad res ipsas attinet. Nec tamen sequitur remota propria prædicatione, poni figuratā, quod supra satis euictum est.

Beza.

At ego contrà dixi & dico nihil absurdius dici posse quām impropriū esse attributio-nis modum eius enūciati cuius singulæ partes propria significatione usurpētur: sicut curui-linea dici non potest figura ex rectis lineis o-mnibus cōstructa. Deinde tertium illud tuum inusitatum ēt in enuntiationibus de filio Dei, tum propriū à doctissimis scholasticis censeritum si figuratus esse statuatur, ad propriū & regularem modum reduci posse ostendi.

Hofmannus.

Non satis muniuisti tuum antecedēs quan-uis sis doctissimus. Nam vt absurdū illud certō sequatur, oportet antecedēs ad identicā præ-dicationem restringi. Nō enim ex quavis pro-pria prædicatione sequitur alterius abolitio.

Beza.

Ergo quandoquidē tibi etiam libet *in ὅρῳ
οὐσίᾳ* Pontificiorum causam agere, pro *Sipanie*
ille est propriè Christi corpus debui dicere, *Sipanie ille*
est identice Christi corpus. Ignosce verò mihi, mi-ho teipso teste, doctissimis etiam doctior. Non hīc ago de mutatione vnius in alterum, nempe vel subiecti in prædicatum, vel præ-dicati in subiectum, vt ita euadat identica enunciatio. De hac enim absurdā mutatione à me dictum fuit arguento quarto. Sed aliud absurdum hīc notare volui, quod ostenderet seruari τὸ πρῶτὸν in his de quibus agimus enun-

tatis non posse : & hoc argumentum non in Pontificios (ut qui apertè fateantur panis nomine non panem existentem, sed qui extiterit intelligendum, nec aliter intellectum, seruari rō pñtōr salua enuntiati veritate:) sed aduersum vos dirigere, qui panem manere panem & copulam , immò omnes enuntiati partes contenditis propria significatione intelligi. Idigitur falsum esse hac ratione probaui, quòd hæc duo quæ ponitis sint *āsūtāsā*. Nam fieri non posse (testibus etiam pontificiis) ut disparatis manentibus id quod propriè sunt , vnum verè dici possit esse alterum. Oportere igitur vel aboleri panem penitus ac in nihilum redigi, vel, quum oporteat aliquod esse subiectum de quo dicatur prædicatum, remanere tantum panis accidentia: quorum utrovis dato pereat sacramentalis analogiæ ratio. Hæc, inquam, causa est, Hofmannne, cur non *identicē* sed *proprietē* scripsierim.

Hofmannus.

Sed possunt etiam disparata quædam manere id quod sūt, & verè prædicari. Talis n. est accidentis de substantia prædicatio, quæ & ipsa præbet propriam attributionem: quum tamē, si ad genus attendas , Substantia & Accidens toto genere magis dissideant quām panis & Christi corpus, quod utrumque substantia est.

Bеза.

Hic tibi possum meritò respondere tantum abesse ut hanc accidentis prædicationem silētio prætereā, ut etiam illā disertè expresserim sed quæ valere in sacramentali nullo enuntia-

tione nullo modo possit. Etenim sublata substā-
tia id est accidētiū sedē (vt pote quorū nō aliud
sit esse quām in esse) ipsamēt accidētia euane-
scant oportet, Deinde analogia sacramentalis
in Cœna Domini duplīcē vtrinq; substātialem
terminū requirit. Vide igitur ne verē hic quo-
que possit quod in me immerentem torques,
in te ipsum retorqueri, nimia videlicet cōtra-
dicendi libidine non Bezan sed Hofmannum
ad argumenta ex quibusuis consuenda fuisse
abreptum. Deinde quid istud rei est, quæso?
Solent enim disparata vītate considerari, in-
ter disparatas eiusdē generis species: & vt re-
motius dissideant quæ sunt diuersæ inter se
Categorīæ, illud tamen extra controuersiam
est, speciem de specie in nullo prædicamento
propriè vñquam dici, & tamen diuersi prædi-
camenti res substātiis insidere, & concretè
de solis substātiis dici posse: & tantum abest,
vt , sicut disparatæ species in singulis Cate-
goriis de se propriè dici mutuò non possunt,
sic etiam accidentia de substātiis non præ-
dieentur , quoniam longius à substātiis
sint disiuncta quām species à speciebus
eiusdem generis: vt contrà verē ac maximè
propriè , secundum sui naturam qua non
sunt sed insunt, de substātiis dicantur. Sed
quorsum hæc? Nam inter nos conuenit verum
essentialē corpus de vero essentiali pane
dici, etiamsi inter nos de prædicationis mo-
do dissideamus. Sed tu nimirum hoc ipsum
quod dico aduersus argumēti mei cōsecutio-
nē retorquebis. Dices. n. ppriè & regulariter
dici accidēs de substātia, a pin le necessariū

non esse, ut si corpus propriè dicitur de pane (quod ego in hoc meo argumento præsuppono) vel prorsus euaneat panis, vel sola ipsius accidentia supersint sine subiecto. Respondeo, aliud esse prædicationum accidentis de subiecto, quam concedo regularem esse (ut quum dico, Homo est mortalis, peccator, filius iræ, aut quodvis aliud eiusmodi) quām esseentialē quidpiam alteri essentiali accidentaliter, ac proinde tropicè & accidentali duntaxat ~~ex~~ non secundum sui essentiam attribui, ut accidit in iis, de quibus nunc agimus, enunciatis, quæ propterea nisi tropicè accipiantur, vel nisi aut panis totus euaneatur, aut tota substantia pereunte sola accidentia superesse statuantur (quod utrumque ut absurdum reiicio) vera esse non possint.

Hofmannus.

Absurdus es in ponendo antecedēte hypotheticæ ppositionis, quasi ex duob. disparatis uno essētialiter in alterū trāsmutato, detur prædictio in qua vnum de altero pprīè prēdiceatur.

Beza.

Vide ne tu potius absurdè loquutus compériare, quān nulla sit in hoc argumento meo de alterius in alterum mutationē vel levissima mētio. Quomodo verò illa facta transubstantiatione, identica tamen enunciatio statuatur, dixi in argumenti quarti defensione.

Hofmannus.

Hoc ipsum destruis, quum colligis abolitione alterius disparatorum posita, non constare Eucharistiā duab. rebus. Non n. tantū ex aboli-

abolitione alterius disparatorum, sed etiam ex propria prædicatione nasci istud oportet.

Beza.

An non ego verò omnia expressi in antecedente, quum dicereim, ut panis ille propriè dicatur corpus, oportere panem defuisse esse panem, quum hæ duæ res sint toto genere disparatæ? præterea, abolito prorsus subiecto, quinam tota prædicatio, siue propria, siue figurata, siue etiam, ut tu loqui mauis, inusitata, non fuerit prorsus abolita? Certè ubi aliter rem se habere ostenderis, hinc euiceris id esse quod nusquam est: id est, veram esse tuam Consubstantiationem, & τὸ πατὴρ penitus seruato, impr. prium tamen esse in illis institutio- nis verbi attributionis modū. Tenebras denique esse lucem probanteris.

Hofmannus.

Sic τὸ πατὴρ verborum Christi quod inculcamus est ab omnibus absurdis liberatum. Beza. verò absurditatum reus conuictus est.

Beza.

Bilem mihi nō mones ullis conuiciis, quo- niā prohibet Dominus: risum potius exci- taturus, nisi tam seria res esset. Cæterū nunc quidem ego non amplius progredi in hac re- sponsione, potui: libello tuo serius ad nos per- lato, melioribus quoq; Dei beneficio, studiis persequendis quām istis millies recinēdis, oc- cupatus, reliqua tamen si sit opus, Deo faven- te, minimè prætermissurus. Duo tantū, si mecum longius progredi instituisti, à te pe- to. Vnum, vt mei stuporis memor, paulò sal-


k. j.

tem planius & commodiū animi tui sententiam explicare memineris: alterum, ut in rem seria disputatorem scrutandae veritatis cupidum, non autem conuiciatorem, agis. Sin minus: impetrabis quod fortasse tu captas, quatenus id quidē veritate salua facere potero, népe ut os mihi occlusisse, nō disputando quidem, sed conuiciando videaris.

F I N I S.

Errata sic corrigito.

Pag. 9. lin. 22. leg. auocatam pag. 13 l. 17. leg. quidem & l. 20 leg. vel leuisimo p. 25. l. 25. leg. abs te p. 29. l. 15. le. e quā p. 35. l. 13. leg. illam p. 36. l. 15. leg. secundam tuam rationem p. 38. l. 3. leg. quatenus p. 44 l. 26. leg. hanc p. 46. l. 6. leg. à quo desciscitis p. 53 l. 5. leg. sive significationis modo p. 56. l. 4. leg. ergo p. 68 l. 9. leg. conuenit vlli ex p. 69. l. 3. leg. regulares p. 70. l. 24. leg. componitur.



L126-2

OCN 54309296